

(5)


SYLVIA
LA DICTORVM
ECCLESIASTICORVM,
e S. Patribus promis
scue collecto
rum,

Per Georgium Vuicelium.

Cum Gratia & Priuilegio Cae
sareæ Maiestatis,

Moguntiæ, apud Diuum Vis
torem, excudebat Frans
ciscus Behem,

ANNO M. D. XLIII.



CATHOLICE

CHRISTIANO

Lectori

S. P.



ANC preclarè dictorum far
raginem qualem cunq; prouul=
gandam in illorum gratiam cxii
stimaui, qui Patrum Ecclesia=
sticorum codices neque habent
ipfi, neq; si habeat, copiam sibi dari sustinent,
perlustrandi omnia: Etsi pudendum est flagi=
tium, à Catholicis quibusdam neotericos scri=
ptorculos pre palæotericis lexitari doctori=
bus. Nam recens natas uilesq; chartas etiā isti
cupidè legendò tantum non deuorant, qui am=
plissimorum Ecclesiæ Magistrorum probatis=
simos libros facillimè queat & comparare si=
bi, & diurna nocturnaq; manu reuoluere. Cu=
ius præposteri facti in promptu causa est, ve=
terum monumēta spirant ac redolent, quæ ini=
mica atque infesta carni nostræ mundoq; sunt.
Contra recentiorum syngrammata humanis af=
fectibus pulchrè obseruiunt, amica huic seculo

A ij nequam

P R A E F A T I O .

nequam. Loquimini nobis placentia, dicunt isti
apud Fsaiam. At concionante Paulo Cæsareæ
de iustitia, temperantia, & iudicio futuro, tre-
mor occupat ossa Felicis Dynastæ. Legimus a= =
pud Suetonium Tranq. ab A. Seneca Neronem
persuasum fuisse, ne se libris antiquiorum Rhe-
torum dederet, quo diutius in admiratione sui
fatuus detinereatur. Haud secus isti nostrates
Gnosti & Hypsistarij credulos Germanie
populos, à lectione cognitioneue priscorū Ec-
clesiæ Catholicæ Theologorum auerosos, suis li-
bellis affixos tenent, ut ipſi opinione crescant
longè ultra Depontanos Maiores, ac gloriam
priorib. posteriores præripiat. Clamant: Vete-
res scripturas sacras nō intellexisse. Quòd as-
sumptum D. Hieron. probabiliter refellens, in
hanc sententiā scribit: Si obscuræ sunt Sacrae li-
teræ, istos quoq; in eis falli posse credendū est.
Sin manifestæ, Veteres in eis falli potuisse non
creditur. Nec consistit, quòd causantur N. scri-
psit impiè, N. fecit male, quandoquidē (ut idem
Hieronymus respondet) Paucorum culpa non
præiudicat religioni: & Apostolorum fidem
non destruxit Iude proditio. Fructum scilicet
gloriosè uenitati uerbi iam pridem uidimus:

Pro

Pro molli uiola, pro purpureo narcisso,
Carduus et spinis surgit Palyurus acutis.

Tenendum est quod D. Augustinus in Epis-
tola quadam scribit: Si Angelus de cœlo tibi
diceret, Dimitte Christianismum orbis terræ,
& tene partem N. ana hæma esse deberet, quia
à toto præcidere te, & in partem contrudere
conaretur. Hæc August. Utimam uero post tot
seuerissimas monitiones ad mīrem reuersi No-
uatores, nobiscum eodem in ouili Dōminico,
idem & sentiant & loquātur. Quod fecerint,
si quando nobiscum in cōmunione sanctorum
Patrum conuersantes, cum Patribus idem &
sentiant & loquantur. Quin isthuc etiam sum-
ma æquitas exigit, nimirum ut filij patres suos
sequantur potius, quam ut patres relicta pri-
stina grauitate, ad filiorum nugaciſſimam leui-
tatem descendant, nisi forte se isti patres iudi-
cant & magistros orbis terrarum: Illos uero
nostros imo subſellio deputatos, ceu discipulos
ſeuulosq; cædendos loris arbitrentur. Equi-
dem Euangelium Christi ſecundum Euangeli-
ſtas Christi, in Patrum literis nusquam ab Or-
thodoxis deſyderatur, id quod ſi Planodoxi
non uident, cœcifcent oportet. Præſtare non

A ij possimus

PRAEFATIO.

possimus, quo minus cæcis sol ipse etiā sit ob-
scurus. Desyderat Euangelium in Basilio Eu-
nomius, in Tertulliano Præxas, in Ambroſio
Auxentius, in Augustino Vincētius, in Cypri-
no Nouatianus, in Hieronymo Lucifer, in Hi-
lario Conſans. Num idcirco præter Euange-
lium Ecclesiastici illi in Ecclesia docuerunt,
quia tale calumniantur hæretici? Si hæreticus
ad eas symplegadas adactus fuerit, ut fateatur
Euangeliū Patribus non defuisse, ipse ſibi pro-
timus abrogauit fidem, atq; totam illam ſue do-
ctrinæ existimationem. Extiterunt ſanè homi-
nes Patres: at homines & Nouatores ſunt, qui
insuper ſui amore temulenti, subuerso curru
Veteres in paludem protrudunt ueri Ham-
xocyliftæ. Et horū quidam ſic ſe gafferūt hacte-
nus, ut utrum homines ne, an bestiæ ſint, ambi-
gere poſſis. In multis rectè docent Patres, in
multis procul à ſcopo. Scilicet. Ecquis te con-
ſtituit iudicem Ecclesiasticæ Theologie, quum
ſis exors Ecclesiæ? Nec ad te quicquam perti-
neat de familitio Christi, cuius diſsecuisti cor-
pus? Miferabilem uero uniuersitatem Christia-
nismi, ſi ei neceſſe fit, à tuo præiudicio pēdere.
Eo certè pacto nunquam quifquā deprehende-

tur hæresiotes, si ipso arbitro aliud sanctis Pa=tribus secundū Scripturās, aliud cōtra Scriptu=ras est dictū. Cōsulo, maneat sua Veteribus au=thoritas salua. Legantur illi Scripturæ inter=pretes. Audiantur illi Euangeliū prædicatores. Colantur illi morum magistri. Nec ideo pute=mus nos excellere, quod primarias linguas fœ=licius didicerimus, & Scripturam familiario=rem nobis fecerimus, atq; illorum nonnulli in uno alteroq; loco dissentire nonnunquam, ne=phas haudquaquam fuerit, si res ipsa dissensiun=culam aliquam necessariò requirat: at semel ab uniuerso Patrum choro sentire diuersum, nec hos uelle consulere, nec dignari ullo lectionis honore, imò irridere hosce Heliseos, traduce=re ut Psychicos, rei scere ut ranas Aegyptias, perpetuis deniq; adiudicare tenebris, immane scelus non esse non possit. Tale qui faciunt, uel tentatæ hæreseos uel tentandæ significationem manifestiss. præbent, uolentes ab actis à custo=dia canibus, luporum modo Dominicum gre=gem mactare ac perdere. Neotericos denuò, si patiuntur admonuerim, ut à quibus exierūt te=merè, maturò redeant. Satius est famæ iacturā, quam animæ facere. Sed reclamatur, Ecclesia

A iiiij Romana

P R A E F A T I O.

Romana contraxit plus æquo purulentia, &
abominandis uulneribus scatet. Istud sanè nos
querimur. At qui tanto citius redeundum erat
uobis, ut uestra etiā adiuncta opera occiperet
habere melius. Insigniter scriptum est à D. Cy-
priano : Propter zizania in Ecclesia, non est
recedendum ab Ecclesia. Nos operam demus,
& quantum possumus, laboremus, ut uas au-
reum uel argenteum simus. Cæterum uasa fi-
ctilia confringere Domino soli concessum est,
cui & uirga ferrea data est, &c. Conatum quo
isti satagunt suas congregations uel instituez-
re, uel propagare, uel tueri, conuertant in ui-
neam excolendam, in qua palmites ante diui-
sionem erant. Fatemur, decolor hæc æras Eccle-
siae aliquo modo est, sed tamen sancta radix, in-
genua matrix usq; perseverat. Eadem & ho-
die, que heri cultrix beatæ spei, ut Saluianus
auit. Consenuit hæc, & ipsum seniū morbus est,
aut certè, ut Eucherius inquit, morbis referū.
Ecclesia hæc nostra tumidis hodie tunditur flu-
stibus, adeò concussa, ut iam iam casura pute-
tur, sed restat adhuc C H R I S T I I E S V
unici Atlantis humeris suffulta. Et dubitare a-
pud nos nepharium est, uictricem eam omnium
malorum

PRAEFATIO.

¶

malorum fore, etiam post multas pressuras do-
minam gentium. Pastores nostri (fatemur hoc
quoq;) securè stertētes sic præsunt rebus Chri-
stianis, ut cum dolore multo plangam.

Alitur uitium, uiuitq; tegendo,
Dū medicas adhibere manus ad uulnera pastor
Abnegat. Sed facile ijdem speramus fu-
turum, ut ad officium euigilent, hoc nimirum
ferreo tempore adacti uerius quam edocti. Cæ-
terum quicquid alij, ego μηχανιστής
ero, antè Thecodidactus. Neq; enim uereor, ut
me mea Mater, sponsa Dominica, seducat ex-
tra viam. Arrabonem certitudinis accepi. Vno
uerbo totum finiam, Ecclesiastici doctores e-
runt mihi patres conscripti, erunt mei Pena-
tes. Mihi cordi est εὐταξία, Mea uoluptas est

εὐπράξια. Sanctos Christi martyres

ueneror, Omologitas ample-

ctor. Bene uale, &

partem opus-

sculi


huius se-

cundam expecta.

Ex Fagutali;

ANNNO M. D. XLIII.

A V S Y L a



FARRA
GO PRAECLARE
DICTORVM, EX ECCLE=
sistica Prædicatio,
ne collecto,
rum.

LACTANTIVS FIRM.



Rimus sapientiae
gradus est, falsa
intelligere. Secu-
dus, uera cognoscere,

TERTULLIANVS,
¶ Quodcunq; aduersus ueritas-
tatem sapit, hoc erit hæresis.

AVGVSTINVS,
¶ Spiritus gratiæ facit, ut habeamus

DICTORVM ECCLE-
mus fidem , fides orando impe-
rat, quod lex imperat.

BERNARDVS,
¶ Fides suadenda est , non im-
peranda.

THEOPHYLACTVS,
¶ Principium & fundamētum
est fides, sine qua nihil apprehen-
ditur.

IOAN. CRYSTOMVS,
¶ Si fides absq; operibus mor-
tua est, multo magis absque fide
nihil proderunt opera: Quippe
capite perduto , quæ est reliqui
corporis utilitas:

TERTVLLIANVS,
¶ Nos definimus Deū primo
natura cognoscendum , deinde
doctrina recognoscendum. Na-
tura,

tura, ex operibus: doctrina **ex**
prædicationib. Idē alibi: De-
fensio nostræ doctrinæ cōsistit,
secundum Scripturam, secundū
naturam, secūdum disciplinam.

CHRYSOSTOMVS,
Maioris uirtutis erat, ad persua-
sionem religionis totum orbem
adducere, quam cœlum facere.

TERTULLIANVS,
C Deus nō est effector, sed per-
missor mali.

CHRYSOSTOMVS,
C Perniciosa dogmata ex ani-
ma nostra procul eliminabimus,
Genesim scilicet & fatum. Genes-
sis liberum arbitriū tollit, & nos
uiolenter necessitati subiicit. Et
Augustinus libro v. de Ciniote
Det

DICTORVM ECCLES

Dei, prouidentiam Dei laudat,
factum uituperat. Idem libro
Quæst. Noui & Vet. Tast. cap.
cxv. contra fatarios scribit: Inter
alia sic ait: Cessat ergo fatalis nes-
cessitas, ubi potestas est uolun-
tatis.

TERTULLIANVS IN

Exhort. Cast.

TNon est honeste & solidè fidei,
sic omnia ad uoluntatem Dei res-
ferre, et ita adulari uniuersitatem
dicendo, Nihil fieri sine iussione
eius, &c. Cæterum excusabitur
omne delictum, si continuerimus,
Nihil fieri à nobis sine Dei uos-
luntate.

ORIGENES,

Est & illud definitum in Eccles-
iastica

siaſtica prædicatione, Animam omnem rationabilem liberi arbitrij & uoluntatis esse. Idem: Non necessitate cogimur uel recte agere, uel prauè.

LACTANTIVS,

ENon necessitatis est peccare, sed propositi & uoluntatis.

CHRYSOST.

EVoluntas hominis nullo modo sufficit, nisi auxilio superiore roboretur. Idem: Volentibus gratia non denegatur. Neq; gra tia sine uoluntate, neq; uoluntas sine gratia: nam & terra non ger minat, nisi pluuiam susceperit, nec pluuvia fructificat sine terra.

AVGVST.

EPræcepta diuina homini non prodeſſent,

DICTORVM ECCLES

prodeſſent, niſi haberet liberum arbitrium, quo ea faciens ad promiſſa præmia perueniret. Idē: Si nō eſt gratia, quomodo Deus ſaluat mundum? Et ſi non eſt liberum arbitrium, quomodo iudicat mundum? Idem: Valet liberum arbitrium ad opera bona, ſi diuinitus adiuuetur. Quod fit humiliter petendo, & faciendo. Idem: Deus iubet per legem, dat per gratiam.

LACTANT.

Fortuna per ſe nihil eſt, ſed accidentium rerum ſubitus atq; inopinatus euentus. Post hunc Augustinus quoque ſcripsit in eos, qui fortunæ uocem ita uocabant, quaſi inde hominib; uel bona

SIASTIC. SYLVULĀ.

bona uel mala eueniant, &c. De Christianis Satyra non sensit, quum inquit: Te facimus fortunam Deam, cœloq[ue] locamus. Nec ad nos pertinet, quicquid de Nemesi, bonorum dispensatrice somniarunt, cui tanquam deæ rex Adraстus delubrū construxit.

IGNATIVS

C Scribit Polycarpo, ut firmus sit, quasi incus, qui percutitur. Idem: Non dicere, sed esse facit beatum. Idem: Principium uitæ fides est, finis uero eius est dilectio. Ambæ simul iunctæ in unitate factæ, hominem Dei constituant.

B Poly,

DICTORVM ECCLE.
POLYCARPV S AD
Philippenses,

C Si Christo placemus in hoc
seculo, percipiemus ea, quæ futu-
ra sunt, secundum quod promis-
sit, &c. Et si dignè in eo conuer-
sati fuerimus, & si crediderimus,
conregnabimus cum eo.

IOAN. CRYSTOST.

C Opus est bonis operibus , o-
pus est , & ualde opus. Idem:
Si decem millia prodigia possis
demonstrare , nihil ita lætitiat
Deum, sicut bona conuersatio.

BASILIVS.

C Per bona opera reddimur
Deo familiares & propinqui.

THEOPHYL.

C In fide tantum spes omnis ha-
benda

SIASTIC, SYLVULA. 10
benda non est, nisi & bonis ope-
ribus connitamur.

A V G V S T . D E G R A T I A ,
& libero arbitrio,

¶ Per gratiam merita compara-
mus, quibus ad uitam peruenia-
mus æternam. Idem: Vita pœ-
& bonæ conuersationi merces
æterna debetur. Idem: Per gra-
tiam sunt merita nostra bona.
Idem: Faciamus bona, ut in futu-
ro seculo recipiamus pro bonis
bona: Idem Augustinus super
isto Pauli loco: Arbitramur hos
minem iustificari sine operibus
legis, sic scribit: Quod intelligen-
tes homines putarunt eum dices-
re, Sufficere homini fidē, etiam si
male uiuat, & bona opera non
B ij. faciat.

DICTORVM ECCLES
faciat. Hoc absit ut sentiret uas
electionis, &c.

BERNARDVS,

Cl Fides ex auditu est, Confir-
matio ex uisu. Idem: Sicut mel
in cæra, sic spiritus in litera. Idē:
Magistra unctio est.

A V G V S T.

Cl Sicut seta introducit filum, sic
timor charitatem. Idem: Cha-
ritas in malo non est. Est enim
fons proprius honorum.

AMBROSIUS,

Cl Nemo in peccatis positus ar-
rogare sibi debet usurpationem
sacramentorum.

HIERONYMVS,

Cl Secunda post naufragium ta-
bula est, culpam simpliciter con-
sideri, &c.

Ambros

SIASTIC. SYLVULA. II
AMBROSIUS IN SERM.
de Abraham.

CPecuniam habes, redime pec-
atum tuū. Peccatis tuis uenūda-
tus es, redime te operib. tuis &c.

IOAN. CHRYSOST.

CMaiora crimina maioribus
abluuntur fletibus. Idem: Ne-
gationem Petri sequuta est satis-
factio lachrymarum.

HIERONYMVS,

CMulti corriguntur, ut Petrus:
multi tolerantur, ut Iudas.

AVGVST. IN IOAN.

CHoc est manducare panem ui-
uum, quod credere in Christū.
Idem: Tribus gradibus perue-
nitur ad peccatum, suggestione,
delectatione, consensu.

B ij Ber

DICTORVM ECCLE-
BERNARDVS,

¶ Qui Christum consulentem
non audiunt, iij condemnantem
audient olim. Idem Bernard.
Opus nobis est iustitia, ut bonū
operemur: opus est prudentia,
ne cum fatuis uirginibus repro-
bemur. Anima sancta cœlum
est, habens solem intellectum, lu-
nam fidem, Astra uirtutes. Idem
Bernardus. Anima stipata uir-
tutibus, gerens in se sponsi simi-
litudinem, nubilis Christo est.
Idem: Opto uos semper fideles
& humiles inueniri, quod utrū-
que summopere necessarium ad
salutē. Charitas currit ad hoc,
quod fides credit, & spes sperat.
Bernadus.

Chrysos

CHRYSOST.

CSi oraueris & ieiunaueris, & eleemosynam iustè feceris, complesti premium, redemisti peccata tua, remissa sunt crimina, reparata est uita tua. Idem: Cogita quantis uotis dignum sit, posse post baptisma uiā inuenire, peccata lauantem. Loquitur de Eleemosy.

THEOPHYL.

CEx charitate prodit obserua^sio mandatorum Dei. Idem: Si quis sermonem meum seruabit, hoc est, credendo, simul & uitam habet purā, &c. Idem: In tentationibus armorum loco sunt ieiunia. Idē: Si non essent aduersarij, nec coronæ essent.

B iiiij Idem

DICTORVM ECCLE-

Idem: omnia opera nostra bona
tribuamus Deo.

THEOPYL,

CSanctorum doctrina non o-
mnino dulcis & adulans, neque
omnino austera & uerberans,
sed utrinque particeps, &c.

Idem: H abes horrea, pauperū
uentres, quæ multa capere pos-
sunt. Prope nos est & fides, &
post fidē diuīna uita. Theophyl,

Idem: Credere, & post fidem
ambulare, sicut dignum est uo-
catione, intra nos est.. Mox: Si
creditis in me, & uultis iuxta mā
data mea uiuere. Idem Theo-
phyl. Dux fit diligens fides ad
omnem bonam operationem,
& bona operatio cōseruat fidē.

Bers

SIASTIC SYLVULA. 33
BERNARDVS,

Duo sunt præcipue, quæ bona
nam conscientiam reddunt; Pœ
nitere de malis, et abstinere à ma
lis. Idem; Bono opere peras
eto, securius & facilius in cōtem
platione dormitur.

CHRYSOSTOMVS,

Fiduciam uirtus addit & ti
mor Dei. Idem; In uirtute ui
uentem nihil lædere poterit.
Idem; Omnis tristitiae superas
hundantia in bonam consciens
tiam missa,extinguitur,sicut scin
tilla in lacū profundum. Idem
Chrysostom,Nihil suauius bo
na conscientia,

BERNARDVS,

Actio bona conscientiam &
B v quies

DICTORVM ECCLE-
quietam facit & tutam.

CHRY SOSTOMVS,

¶ Pro singulis etiā minimis be-
neficijs Deo gratias age . Hoc
maximum est sacrificium, hoc fis-
tudinæ nobis erit occasio. Idem:
Omne meritum breue est com-
paratione donorum . Numera
beneficia , si potes , & tunc cons-
sydera quid merearis.

BERNARDVS,

¶ Humilitate regnum coelorum
emitur. Idem: Humiles reple-
bunt Paradiso. Idem: Ieius-
tio redimuntur æterna supplicia.

CHRY SOST.

¶ Diues postquam hinc migra-
uit, multum fleuit, sed nihil pro-
fecit. Propterea suadeo , omnia
facias

Faciamus, ne à futura gloria descidamus. Idem: Venite benedicti patris mei poss. regnū, &c. **Q**uae: & qua de causa? Esuriti enim, et dedistis, &c. sup. Genes.

BERNARDVS,

Exercitum diaboli uincimus per sancta opera. Idem: Sine humilitate saluari non poteris.

Idem: Fidei uita charitas est. Idem: Vita Monastica uitā Apostolorum repräsentat. Christus Iesus leua iustificat, dextra beatificat. In leua eius merita, in dextra eius præmia continentur. In leua medicinæ, in dextra delitiæ.

GREGORIVS,

Non in fletibus, non in actibus nostris, sed in Aduocati nostri

DICTORVM ECCL^E
stri allegatione confidamus.
THEOPHYLACTVS,
CQui seruit Deo, etiam si manus
data eius facit, non debet extols-
ti. Nihil enim magnum fecit, sed
ux ei, nisi fecerit. Idem: Opus
est, ut ad operandum opera uir-
tutis, diuinarum manuum coo-
perationem suscipiamus.

EX AVGVST. NIC. LYR.
CQuia ipsa merita hominis Dei
munera sunt, quibus cum uita
æterna redditur, quid nisi gratia
pro gratia redditur, quum ipsa
merita ex gratia sint.

IGNATIVS AD HERONEM,
CPauperibus secundum quod
habueris benefacere ne negligas.
Eleemosyna em & fide purgans
tur peccata. Poly-

POLYCARPVUS,

Cum potestis benefacere, no
lite differre, quia eleemosyna de
morte liberat.

THEOPHYL.

CPhilosophia nostra uerbo &
opere constat. Idem: Qui uixe
runt ante legem, non ex obser
uationibus legis iustificati sunt,
sed quia Euangelicam uitam ui
xerunt. Idem: Sola fides ad sa
lutem non sufficit. Super Iohan.

Idem: Non ex sola fide, sed ex
optimis etiā uitæ actionibus san
ctitatem quis adipiscitur. Cres
dentes enim & baptizati accipi
mus spiritū. Verum si rectis ope
ribus caruerimus, extinguitur os
mnis illa suscepta spiritus gratia.
Sup. Rom. Chrys.

DICTORVM ECCL^E
CHRY SOST.

CInevitabile suppliciū est his,
qui rectam uitam habere negles-
xerint. Necp^z enim sola cuiquam
fides sufficit ad salutem : nam &
dæmones credunt , sed maximo
etiam morū indigemus ornatu.

THEOPHYL.

CHaudquaquam satis uiriū ha-
bere sola fides per se uidetur, nisi
& optimus adsit uiuēdi modus.

ITEM CHRY SOST.

CQuid quæso fides conferet es-
molumenti , si uita syncera non
fuerit?

THEOPHYL.

CPost fidem suscep tam , factis
est opus.

Chryso-

CRY SOSTOMVS,

CMonachi petūt à Deo, ut pu
ra conscientia & multis meritis
hanc laboriosam uitā transfigāt.

Idem: Ingens prēmiorum retrī
butio parata est his , qui se in res
Etē factis exercēt, maior tamē fit,
quoties pericula etiā subierint.

SED VLI VS,

CSi quis post iustificationē ins
iuste agat , is sine dubio iustifica
tionis gratiam spreuit.

LACTANT.

CNulla spes alia consequendæ
immortalitatis homini datur, nisi
si crediderit in Christum , & illā
crucem portādam patiendam e
suscepit. Idem: Oportet spis
ritū, iustitiae operibus emereri.

Idem

DICTORVM ECCLES

Idem Lact. Deus cum statuisset
hominem liberare , magistrum
ueritatis legauit in terram , qui
& præceptis salutaribus forma-
ret homines ad innocentiam , &
operibus factisq; præsentibus ,
iustitiæ uiam pandere , qua gra-
diens homo & doctorem suum
sequens , ad uitam æternam per-
ueniret . Idem : Huius legis cas-
put est primum , ipsum Deum
nosse , soli obtemperare , solum
colere . Idem : Scientia est , Deū
cognoscere : uirtus , colere . In illo
sapientia , in hoc iustitia contine-
tur . Idem : Innocentiam si quis
obtulerit Deo , satis piè religio-
sēq; litauit . Idem : Iustitia nihil
aliud est , quam Dei unici pia &
religiosa

religiosa cultura. Idem: Sola Catholica Ecclesia est, quæ ue-
rum cultum retinet. Hic est fons ueritatis, hoc est domicilium fis-
dei, hoc templū Dei, quo si quis non intrauerit, uel à quo si quis
exiuuerit, à spe uitæ ac salutis æter-
næ alienus est. Idem: Homines malunt exempla, quam uerba:
quia loqui facile est, præstare dif-
ficile. Idem Lactantius Firm.
Dei autem precepta, quia & sim-
plicia & uera sunt, quantum ua-
leant in animis hominum, quo-
tidiana experimēta demōstrant.
Da mihi uirum, qui sit iracūdus,
maledicus, effrenatus, paucissi-
mis Dei uerbis tam placidum q̄
ouem reddam. Da cupidū, au-
C rum,

DICTORVM ECCLE-

rum, tenacem: iam tibi cum libe-
ralem dabo , & pecuniam suam
proprijs manibus largientē. Da
timidum doloris ac mortis , iam
cruces, & ignes , & pericula, &
taurum contemnet. Da libidino
sum adulterum, ganeonem: iam
sobrium, castum, cōtinentem uis-
debis . Da crudelem , & sanguis-
nis appetētem: iam in ueram cles-
mentiā furor ille mutabitur . Da
iniustum, insipientem , peccato-
rem: continuo & æquus, & pru-
dens, & innocēs erit. Vno enim
lauacro malitia omnis abolebi-
tur. Hactenus Lactantius.

EVSEBIUS,

¶ Abraham præcepta Dei fide
& operibus exequutus est, &c.

Ira &

Ita & Christiani fide atq; operis
bus id agant. Mox: Eādem fis
dei & operū formam, &c. Daui
dica progenies Domitiano Imp.
respōdit: Christus restituet uni
cuiq; pro factis ac meritis suis,

GREGORIVS,

Dum diabolus mortem in
Christo iniuste appetit, nos,
quos quasi iuste tenebat, amisit.

THEOPHYL.

Sicut per lignum ruina, sic per
lignum correctio.

CHRYSOST.

Hortatur, ut Christiani, si nō
sæpius, saltē in matutinis & Ves
spertinis alacriter orent. Super
Hebr. Idem; Monachi ante au
roram ē lectulo surgentes hilas

C h̄ res

DICTORVM ECCLES
res chorūmq; constituentes, ex
uno ore hymnos cōcīnunt, Deū
uenerantes, & gratias ei agētes.
Idem: Breues & frequentes pres
ces fieri, Christus & Paulus pre
ceperunt.

EVSEBIUS,
In Thessalia agunt orationes
ad tempus uespertinum.

AVGVST.
IFides sine charitate potest es
se, sed nō prodesse. Idem: Ho
mo in quantum piè bonum ope
ratur, in tantum bonus est.

AMBROSIUS,
IGratia Dei in Baptismo non
requirit gemitum, non requirit
planctum, uel opus aliquod; sed
solam fidē, & omnia gratis con
donat. Apud

Legimus, solam fidē sufficere, sed respectu legis Mosaicæ, non Euāgelicæ. Necessaria enim Mosaicæ opera cōtendebant Ebionitæ, Cherintiani, Sabbatiani, Quartodecimani, Nazaræi, & Blasti cuiusdam cohors.

AVGVST.

LBoni fideles effuso illo prelio iam redempti, prorsus inferos nesciunt, donec etiam recessis corporibus bona recipient, quæ merentur.

GILBERTVS SVC=
cessor S.Bernardi,

LOpera sequitur spiritum, sicut calor ignem, umbra corpus, & lux solem,

C iij Ber

DICTORVM ECCLES.
BERNARDVS,

Infantium renatorum nemo caret meritis, sed Christi habet merita, quibus se tamē indignos reddunt, si sua iungere non nequiverint, sed neglexerint, quod quidem periculum iam adulteræ ætatis est. Idem: Vita æterna meritis non datur ex iure, &c. sicut Brabion principis currenti nō datur ex iure, &c. sed gratis.

CYRILLVS,

Elanua est ad uitam fides.

TERTULLIANVS,

IStabat fides semper in creato-
re & Christo eius, sed conuersa-
tio & disciplina nutabat.

BERNARDVS,

Erat quidē in offerēte (Cain)
fides

fides, sed non in fide dilectio.

IRENAEVS,

Filiij Dei sunt, qui credunt, &
faciunt eius uoluntatem.

BEDA

Super epist. Iacobi palam ostendit, quod in quibus scribebatur, fide quidem Euangelica imbuti, sed operibus bonis erant uacui.

SEDVLIUS,

Notandum est, quosdam fideles esse in nomine, qui infidelibus cōuersatione peiores sunt.

IOAN. CHRYSOST.

Recte uenusto corpori, uirtute destituto, item picturæ cōparatur fides sine factis. Idem: Fatus virginib. nō infidelitatis aut

C illij pers

DICTORVM ECCLE-

peruersę fidei crimē inuritur, sed
olei tantum defectus, quia scilicet
misericordiam non exerceuerant,
necq; eleemosynas fecerant.
Id enim significat oleum.

IGNATIVS,

SIc & te Dei athletam presta,
ut uestem incorruptionis, & uis-
tam æternam percipias. Idem:
Diligite iuicem in Domino, si-
cut Dei simulachra. Idem: Chri-
stus descēdit in infernum solus,
ascendit uero cum multitudine.

Presbyteri subditi estote Epis-
copis, diaconi presbyteris, po-
pulus diaconis, &c. Ignatius.
Alibi addit, Episcopi Christo,
sicut ipse patri. Idem: Virgines
honorate, ut sacratas Christo,
uiduas

uiduas pudicas, ut sacrariū Dei
ueneremini. Item: Virgines nō
execrantes nuptias, sed meliora
diligentes. Mox: Prophetæ,
Petrus & Paulus & reliqui A,
postoli nuptijs fuerūt sociati, &c.

LACTANTIVS,

Quisquis affectus illos frenas
re non potest, cohibeat eos ins
tra præscriptum legitimi thori,
ut & illud, quod audie expetit,
assequatur, & tamē in peccatum
non incidat,

AVGVSTINVS,

QMalo libidinis bene utitur ad
filios procreandos pudicitia con
iugalis.

IGNATIVS,

QPrincipes subditi estote Cœsas
C v ri, mis

DICTORVM ECCLE-

ri, milites principibus, &c.

Idem: Docete filios sacras literas, & artes honestas, ne ocio gaudeant. Item alibi: Nemo sit ociosus in uobis, &c. **I**dem: Debetis Iudæorum & Pagano- rum errorem abiçere, & neque deorum multitudinem admittere, nec Christum ad excusationem unius Dei negare. Ieius nis & precibus uaca, sed non ultra mensuram, ne te ipsum deficias. Vino & carnibus non ex toto abstineas: non enim ex toto sunt abominabiles &c. **I**gnat,

POLYCARPVVS,

Sobrijs simus, in orationibus ieiunia tolerantes, &c. Ante con- spectum oculorum Domini su- mus,

mus, & omnes oportet nos asta
re ad tribunal Christi, & unum,
quemque pro se rationem reddes
re. Polycarpus.

TERTVLLIANVS,

Cestite uos serico probitatis,
byssino sanctitatis, purpura pu-
dicitiae. Taliter pigmentatę De-
um habebitis amatore. Idem:
Vbi metus in Deum, ibi graui-
tas, honestas, & diligentia atto-
nita, cura sollicita, &c. Idem:
Virtus duricia extruitur, mollis-
cie destruitur. Athletae segre-
gantur ad strictiorem disciplinā,
continentur à luxuria, à cibis læ-
tioribus, à potu iucundiore, &c.
Tertullianus.

Euseb

DICTORVM ECCLE-

EVSEBIUS DE

Nazanzeno,

MMulta ille docuit uerbis, plus
ra tamen factis.

Visitatio captiuorum, visita-
tio ægrotorum, ablutio pedum,
&c. frequentiss. in Tertulliano.

Philosophus auditur, dum ui-
detur, Tertullianus. Nam Chris-
tianus opere tenus sis oportet,
si uelis placere Christo.

TERTULLIANVS,

Philosophorum uerba tantos
discipulos non inueniunt, quan-
tos Christiani factis docendo.

IUSTINVS,

Non in uerbis, sed in operis
bus res nostræ religionis uer-
santur.

Lactans

LACTANTIVS,

Servire Deo nihil est aliud,
quam bonis operibus tueri &
conseruare iustitiam. Deus nos
in hunc mundum, quasi testes
laudatoresque tanti sui operis in-
duxit. Lactantius. Summum
bonum hominis in sola religio-
ne est, unde immortalitas. Lact.

Idem: Res non uerba quærun-
tur. Idem: Duo sunt, quæ si-
mul efficiunt illud, quod quæri-
tur. Scientia id præstat, ut quo-
modo & quò perueniendum sit,
nouerimus. Virtus, ut peruenia-
mus, &c. alterum sine altero ni-
hil ualeat. Apud hunc autorem
recte redarguitur, qui domi fa-
ciunt, quæ in scholis uituperant,
quiue

DICTORVM ECCLE-

quiue umbram uirtutis, non ipsam uirtutem uiderunt. Non enim potuit gentilitas ultra uestra procedere.

LACTANTIVS,

Om̄is sapiētia hominis in hoc uno est, ut Deū cognoscat & colat. Hoc nostrū dogma, hæc sententia est. Idem: Pictas nihil aliud est quam Dei notio, ut Trismegistus uerissimè definiuit.

Idem: Nihil prodest cognitio, nisi actio subsequatur. Humana infirmitas triplici modo subiacet dominio peccati, factis, distractis, cogitationibus. Lactantius.

Idem: Duo Deo offerenda, donum & sacrificium. Illud in perpetuum, hoc ad tempus. Donum

num est integritas animi, sacrificium est laus & hymnus. Citatur illud Hermetis Trismegisti: Cultus Dei unus est, Malum nō esse.

CHRYST.

G Baptista ipso habitu mundi contemptum docuit. Idem deplorat bonæ uitæ neglectū, unde nemo ex Paganis conuertatur. Non in sola confessione, sed multo magis in effectu operis fides ostenditur. Chrysost. Idem: Exerce te ipsum ad pietatem, hoc est, fidem purā, uitamque rectam. Idem: Sancti omnes sunt, qui fidem rectam sanctitati uitæ coniunctam habent, etiamsi signa non faciant.

Idem.

DICTORVM ECCL^E

Idem saepissime monet, ut ab infidelibus fideles uita differamus & patientia malorum. **V**ocis illius recorderis, quam quum fas cris instituereris, emisisti: **A**brenuncio tibi Satana & pompæ tuæ & cultui tuo. **D**ic continuè, **A**brenuncio tibi Satana, **C**oniungor tibi Christe. **H**æc uox erit baculus tuus, hæc armatura, hæc turris inexpugnabilis. **I**oan. **C**hrysost. **S**piritus fructus, charitas, gaudium, pax, lenitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, temperantia. **H**æc sit differentia Christiani ab infidelibus, hæc nostra sint insignia, ne nomine solo gloriemur. **C**hrysost. **I**dem: Non agamus similem

Iem infidelibus uitam, sed à quis
bus fide discernimur, ab eorum
studijs & moribus etiam diuida
mur. Si recte sciamus fidei do
gmata, uitam autē negligimus,
nihil nobis profuerit; nec pro
derit si uitam habeamus, & re
ctas negligimus doctrinas. Ioh.
Chrysost.

GREGORIVS,

¶ Quidam confitendo fideles
sunt, non uiuendo.

EVSEBIUS,

¶ Ecclesiæ Catholicæ splendor
fide & actibus resulget. Idem:
Origenes non solum Paganos
de perfidia ad fidem cōuertebat,
uerum etiam perfectæ uitæ institu
tionibus informabat. Huius

D dicas

DICTORVM ECCLES

discipuli uitæ merito enituerunt.
Eusebius. Idem: Heraclas in fia
de nostra, & uitæ purioris insti
tutione ad perfectum instructus
fuit. Lucianus presbyter perso
rans ad gētes de Christo & de fi
de, sic subiungit: Vitæ etiā nobis
leges ac disciplinæ præcepta con
stituit. Euseb. Idem: Ursatius
conuersatione digna dæmones
effugabat. Martianus uita sc̄ienti
acq̄ admirabilis, Agelij uita Phi
losophica.

IOAN. CHRYSOST.

CAUro magis necessarium fer
rum est. Nam uitæ & innumeris
artibus seruit, hoc nulli: sic pre
ciosis lapides uulgares magis ne
cessarij. Nam ex his cōficiuntur
domus,

domus, muri, urbes, &c. Idem:
Pecuniam alij in terrā defodūt,
alij in uentre. Mors est lar-
ua contemptu digna. Chrysost.

Idem: Hoc tempus est certas
minum, illud coronarum.

IGNATIVS,

COrate pro me indigente mi-
sericordia Dei.

ANTHONIVS

CRogatus ab Abbe quodā,
Quid faceret, Respōdit: Ne con-
fide in tua iustitia.

CRYSTONIVS,

CNemo in uitioſis desperet, ne-
mo in uirtute dormitet, nec hic
confidat. Idem: Scænicus ne
desperet, neq; confidat Ecclesias-
ticus, Solet ille doctor suas hos

D ij milias

DICTORVM ECCL E-

milias ijs fere' uerbis claudere:
Ut mereamur eternis bonis frui
gratia & misericordia Domini
nostrri Iesu Christi.

A V G V S T . IN E P I S T .

Hieronymus interrogatus a Lucinio, utrum sit in sabbatho iejunandum, non prohibuit, sed dixit: Unaquæque prouincia abundet in suo sensu, & precepta Maiorum leges Apostolicas arbitretur. De quibus nihil certi statuit scriptura diuina, mos populi Dei uel instituta Maiorum pro lege tenenda sunt.

T E R T U L L I A N V S ,

Non scripta etiā traditio obseruatione defenditur, & consuetudine firmatur.

Irenæus

IRENAEVS APVD EVSEB.

CDissonantia ieiunij fidei consonantiam non rupit. Vide super eo August. ad Ianuarium.

AVGVST.

CNon crederem Euāgelio, nisi me Ecclesiæ autoritas moueret.

IGNATIVS,

CVna est Ecclesia, quam fundarunt S. Apostoli à finibus usque ad fines, &c.

AVGVST.

CQuisquis ab hac Ecclesia fuerit separatus, quantūlibet se laudabiliter uiuere existimet, hoc solo scelere, quod à Christi unitate disiunctus est, non habebit uitā, sed ira Dei manebit super eum.

Quisquis autem in hac Ecclesia

D ij bene

DICTORVM ECCLÆ

bene uixerit, nihil ei præiudicant aliena peccata, quia unusquisque portabit onus suum. Ecclesia est, de cuius paucitate dicitur in comparatione plurimorum maiorū, Via arcta est, & pauci sunt qui ambulent per eam, &c. Ipsa rursus est, de cuius multitudine dicitur: Sic erit semen tuum, sicut stellæ coeli & arena maris.

TERTULLIANVS,

CPater Deus noster, & mater Ecclesia.

AUGVST.

CMendacium est, se Christianum dicere, & opera Christi non facere.

TERTULLIANVS,

CNostra est, quæ ubiqꝫ manus uit Ec

uit Ecclesia, magis, quam omnis
hæretica, nedum Anthoniani,
Marcionis, &c.

IRENAEVS,

CAgnotio uera est Apostolorum doctrina, & antiquus Ecclesiæ status in uniuerso mundo, & character corporis Christi, secundum successiones Episcoporum, &c.

AVGVST.

CMulti præcisi à radice Christianæ societatis, quæ per fides Apostolorū & successiones Episcoporum certa per orbem propagatione diffunditur, &c.

CHRY SOSTOMVS,

COrandum pro terrarum ore & pro Ecclesia, quæ ad terræ
D iiiij termis

DICTORVM ECCL^E

terminos extenditur, & pro gus
bernantib. ipsam ac pr^{es}identib.

IRENAEVS,

CQui autem scindunt & sepa-
rant unitatem Ecclesiæ, eandem
quam Hieroboam poenam per-
cipient à Deo.

CYPRIANVS,

CQuomodo solis radij multi
& lumen unum, & rami arboris
multi, sed robur unum tenaci ra-
dice fundatum, sic Ecclesia. Auct-
le ab arbore ramum, auulsus ger-
minare nō poterit. A fonte præ-
cide riuum, præcisus arescit,

HIERONYMVS,

CNon est altera Romanæ ur-
bis Ecclesia, altera totius orbis
existimanda. Et Gallia, & Bri-
tannia,

tannia, & Persis, & Oriens, &
India, & omnes barbaræ natio-
nes unum Christum adorant, u-
nam obseruat regulam ueritatis.

AMBROSIUS,

CRomanam Ecclesiam nos se-
quimur.

HIERONYMVS,

Cathedram Petri & fidē A-
postolico ore laudatā censiū mis-
hi consulendā, inde nunc animæ
meæ postulans cibū, unde olim
Christi uestimenta suscepi, &c.

TERTVL.

CHæresis non recipit quasdam
scripturas, & si quas recipit, ad-
iectionibus & detractionib., ad
dispositionem instituti sui interro-
uerit. Et si integras recipit, nio
D v hilos

DICTORVM ECCLE-

hilominus diuersas expositiones
cōmentata conuertit. Quid pro-
mouebis exercitatissime Scriptu-
rarum , cum si quid defenderis,
negetur, si quid negaueris, defen-
datur? Idem: Hæretici semper
nudas & simplices uoces conio-
cturis quò uolunt, rapiunt.

CYPRIANVS,

Nec aliunde hæreses obortæ
sunt, aut nata schismata, quam
inde quod sacerdoti Dei nō ob-
temperatur. Idem cōtra sectas:
Datur opera , ne satisfactionib.
& lamentationibus iustis delicta
redimantur , ne uulnera lachry-
mis abluantur. Idem Cyprianus de Sectarijs : Qui unitati &
paci Christi inimicus est , nobis
cum

cum nō potest cohærere. Si cum
precibus & satisfactionibus uen-
niunt, audiantur. Si maledicta et
minas ingerunt, respuantur.

Ecclesia una est, quæ una & ins-
tus esse, & foris non potest. Si es-
tim apud Nouatianū est, apud
Cornelium non fuit. Si uero a
pud Cornelium fuit, qui Episco-
po Fabiano legitima ordinatio
ne successit, & quem præter sa-
cerdotij honorē, martyrio quo,
que Dominus glorificauit, No-
uatianus in Ecclesia non est, nec
Episcopus cōputari potest, qui
Euangelica & Apostolica tradi-
tione contempta, nemini succe-
dens, à se ipso ordinatus est, &c.
Cyprianus. Nemini salus esse
potest,

DICTORVM ECCLES.

poteſt, niſi in Ecclesia. Cyprian.

Idem : Ecclesia ſuper petram
origine unitatis & ratione fun-
data, &c. Conſenſere iura pec-
catis, & coepit eſſe licitum, quod
publicum eſt. Cyprianus. Sic
tibi uel oratio aliud uel lectio.
Cum Deo loquere, nunc Deus
tecum, &c. Cypr. Docet Chri-
ſtus ad ſuum regnum non niſi
eos qui ſe per ſuam uiam ſecuſi
ſint, peruenire. Cypria. Neq;
enim poſſunt laudare nos, qui
(ſchismatici) recedunt à nobis;
aut expectare debemus, ut pla-
ceamus illis, qui nobis diſplicen-
tes, contra Eccleſiam rebelles ſo-
licitandis de Eccleſia fratrib. ui-
lenter iſſitūt. Quare & de Cor-
nelio

nelio & de nobis quæcunq; ias-
tentur, nec audies facile, nec cre-
des frater. Cyprianus. Floret
Ecclesia tot uirginibus corona-
ta. Cyprian. Nescis schismatis
eos semper inter initia sua ferue-
ste, incrementa uero habere non
posse, nec augere quod illicite
coepit, &c. Cypria. Virgas
& flagella sentimus, quia Deo
nec bonis factis placemus, nec
pro peccatis satisfacimus. Cypr.

Idem: Quia grauiter offendis-
mus, pulssemus, quia & pulsanti
aperitur, si modo pulsent hostium
preces, & gemitus, & lachrymæ.

Maiora accipiemus, & quod
hic aut operamur aut patimur.
Cyprianus.

Et Chrys-

DICTORVM ECCLES
ET CHRYSOST.

TNunquid etiam si per singulos dies moreremur pro eo, qui ita nos dilexit, meritum exolueremus, in modo minimam meriti partem reponeremus? Haudquamquam charissimi.

CYPRIANVS,

THabes tu (Pupiane) literas meas, & ego tuas. In die iudicij ante tribunal Christi utrumque recitabitur. Nos operam desmus, & quantum possumus laboremus, ut uas aureum uel argenteum simus. Cæterum uasa fictilia confringere Domino soli concessum est, cui & uirga ferrea data est. Cyprianus. Idem: Nam etsi uidetur in Ecclesia esse zizania,

zizania, non tamen impediri debet aut fides aut charitas nostra, ut quoniam zizania in Ecclesia esse cernimus, ipsi de Ecclesia recedamus. Hæretici cum innocentiam destruere atq; expugnare non ualeant, satis habent fama mēdaciō & falsorum ore maculas inspergere. Cyprianus.
Deus ut est indulgēs, ita est preceptorum suorum exactor, & quidem diligēs. Parauit cœlum, sed parauit & Tartarum. Cypr.

O beatam Ecclesiam nostrā, quam sic honor diuinæ dignationis illuminat, quam temporibus nostris gloriosus martyrum sanguis illustrat. Cypr. Idem
Fas non est infringere, aut in
liud

DICTORVM ECCL^E

Iud, quām quod diuinitus institūtū sit, humana traditione mustare. Nā si Iesu Christus Dominus et Deus noster ipse est summus sacerdos Dei patris, & sacrificiū Deo patri ipse primus obtulit, & hoc fieri in sui cōmemorātionem præcepit, uticq; ille sacerdos uice Christi uerē fungitur, qui id quod Christus fecit, imitatur. Et sacrificium uerū & plenum tunc offert in Ecclesia Deo patri, si sic incipiat offerre secundum quod ipsum Christum uidat obtulisse. Cyprianus.
Credite illi, qui omnino non fallit. Credite illi, qui hæc futura omnia prædixit. Credite illi, qui credentibus præmiū æternæ uitæ das.

et dabit. Credite illi, qui increduli
eternam supplicia gehennae ar-
doribus irrogabit. Quae tunc es-
tit fidei gloria, quae poena perfia-
diæ, cum iudicij dies uenerit? Cy-
prianus. O dijs uestris (o per-
secutores) benevolentiam redi-
dimus, & pro tormentis ac sup-
plicijs, quæ nobis inferuntur, sa-
lutis iter demonstramus. Credis-
te & uiuite, &c. Cyprianus.

Idem: Credenti præmium datur,
si quod creditur, & geratur.

Idem: Mundus ipse contemni-
tur, cuius pompis & delicijs re-
nunciauimus, &c. Idem: Ver-
bis Christi insistere, quæcumque
& docuit & fecit, discere & faces-
re debemus. Hæretici corru-

E ptores

DICTORVM ECCLÆ

ptores Euangelij atq; interpretes falsi, extrema ponunt, & superiora prætereunt, &c. Non nos ab illis, sed illi à nobis recesserunt, &c. Cyprianus. Idem: Martyr esse non potest, qui in Ecclesia non est. Item: Occidi talis potest, coronari non potest.

Idem: Hostis altaris, aduersus sacrificium Christi rebellis, &c.

Eos autē Dominus cum dies iudicij uenerit, ad percipiendum regnū dicit admitti, qui fuerint in Ecclesia eius operati. Cypria.

Idem: Reditus tuos diuide cū Domino Deo tuo, id est, fac es leemosynam uberem. Quæ il la erit, fratres charissimi, operantium gloria, quam grandis & summa

summa l^aetitia , cum populum
 suum Dominus cœperit recens-
 sere , & meritis atq^e operibus no-
 stris præmia promissa retribue-
 re , pro terrenis cœlestia , pro tem-
 poralibus sempiterna , pro mo-
 dicis magna præstare , offerre
 nos patri , cui nos sua sanctifica-
 tione restituit &c. Cypr. Idem:
 In pace coronā uincētibus can-
 didam pro operib. dabit, in pers-
 ecutione purpureā pro paſſio-
 ne geminabit, Amen. Ex in-
 uidia charitas fraterna uiolatur,
 hinc adulteratur ueritas , unitas
 scinditur, ad hæreses atque schis-
 mata prosilitur , dū obtrectatur
 sacerdotibus, dum Episcopis in-
 uidetur, &c. Cyprianus. Idem:

E ij Inui

DICTORVM ECCL E-

Inuide, cur ad Zabulon, cui res
nunciaueras, iterum redis? Quid
Cain similis existis? Sequitur
Christum, qui præceptis eius in-
sistit, qui per Magisterij eius viā
graditur, qui uestigia eius atque
itinera sectatur, qui quod Chris-
tus et fecit & docuit, imita& &c.
Cyprian. Idem: Sit in manibus
diuina lectio, in sensibus Domini-
nica cogitatio. Oratio iugis omi-
nino non cesseret, salutaris opera-
tio perseueret. Spiritalibus semper
actibus occupemur, ut quo-
tiescūq; inimicus accesserit, quo-
ties adire tentauerit, & clausum
aduersus se pectus inueniat & ar-
matum. Idem: Qui ad pauperes
rum fouēdorum misericordiam
pronus

pronus est, retributionem thesauri cœlestis adipiscitur. Nos autem, fratres charissimi, qui philosophi non uerbis, sed factis sumus, nec uestitu sapientiam, sed ueritate præferimus, qui uirtus ueritatem magis conscientiam quam iactantiā nouimus, qui nō loquimur magna, sed uiuimus, quasi serui & cultores Dei, &c. Cypr.

Idem : Charitas fraternitatis uinculum est, fundamentum pacis, tenacitas ac firmitas unitatis, quæ spe & fide maior est, quæ & opera & martyria præcedit, quæ nobiscum semper eterna aspud Deum in regnis cœlestibus permanebit. Animus ad bonum deditus, Deo iudice, coros E in natur.

DICTORVM ECCL

natur. Aliud est martyrio animū
deesse, aliud animo defuisse mar-
tyriū. Qualem te inuenit Deus,
cum uocat, talem pariter & iudi-
cat. Cyprianus. Fratres nostri
nō sunt lugendi, accersione Do-
minica de seculo liberati, cum
sciam eos non amitti, sed præmis-
ti, recedentes præcedere, ut pros-
ficiuentes & nauigantes deside-
rari eos debere, non plangi, nec
accipiendas esse hīc atras uestes,
quādo illi ibi indumēta alba iam
sumpserūt: occasionem dandam
non esse gentilibus, ut nos meris-
to ac iure reprehendant, quod
quos uiuere apud Deum dici-
mus, ut extinctos & perditos lu-
geamus, &c. Idem Cyprianus;

Conf.

Confiteantur singuli, quos uos
 fratres, delictum suum, dum ad
 huc qui deliquit in seculo est, dum
 admitti confessio eius potest, dum
 satisfactio & remissio facta per
 sacerdotes apud Dominum gra
 ta est. Conuertamur ad Domini
 num mente tota, & poenitentiam
 criminis ueris doloribus exprim
 entes, Dei misericordiam pres
 cemur. Illi se anima prosternat.
 Illi mœstitia satisfaciat. Illi spes
 omnis incubat, &c. Cyprianus.

Deus quantum patris pietate
 indulgens semper & bonus est,
 tantum iudicis maiestate metuens
 dus est. Quam magna deliqui
 mus, tam graditer defleamus. Al
 to uulneri diligens & longa me

E iiiij dicina

DICTORVM ECCLE-

dicina non desit, poenitentia cri-
mine minor non sit . Putasne tu
Dominū citō posse placari, quē
uerbis perfidis abnuisti , cui pa-
trimonium preponere maluisti,
cuius templū sacrilega cōtagio-
ne uiolasti? Putas facile eum mis-
rerī tui, quem tuū non est esse di-
xisti ? Orare oportet impensius
& rogare , diem luctu transiges-
re , uigilijs noctes ac flentibus dus-
cere , tempus omne lachrymosis
lamentationibus occupare, stras-
tos solo adhærere cineri , in cili-
cio uoluntari & sordibus ; post
indumentum Christi perditum,
nullum iam uelle uestitum: post
diaboli c bum malle ieunium;
iustis operibus incumbere , quis
bus pecc

bus peccata purgantur: eleemosynis frequēter insistere, quibus à morte animæ liberantur: quod aduersarius auferebat, Christus accipiat: nec teneri iam nec amari patrimonium debet, quo quis & deceptus & uictus est.

Quales nos fecit Deus natuitaliter secunda, tales uult renatos perseuerare, &c. Cyprianus. Clauduntur oculi in persecutionibus terræ, sed patet cœlum; minatur Antichristus, sed dominus Christus tuetur: mors infertur, sed immortalitas sequitur: occiso mundus eripitur, sed restituto paradosus exhibetur, &c. Idem Cyp.

In persecutione militia, in pace conscientia coronatur. Quod
E v & nunc

DICTORVM ECCLE.

& nunc facere oportet Dei sa-
cerdotes præcepta diuina seruan-
tes , ut in aliquo , si nutauerit &
uacillauerit ueritas , ad originem
Dominicam & Euâgelicam tra-
ditionem reuertamur , & inde
surgat actus nostri ratio , unde
& ordo et origo surrexit . Cypr.

Idem : Consuetudo sine uerita-
te uetus erroris est : propter
quod relicto errore , sequamur
ueritatem . Idem : Si ad diui-
næ traditionis caput & originè
reuertamur , cessat error huma-
nus , &c.

TERTVLLIANVS,

COnnis iniuria , seu lingua , seu
manu incussa , cum patiètiam of-
fenderit , eodem exitu dispunge-
tur ,

tur, quo telum aliquod in petra
constantissimæ duritiae libratum
& obtusum. Idem: His patien-
tiæ viribus secatur Elaias, & de
Domino nō tacet. Si iniuriam
deposueris penes Deum, ulti-
or est: si damnnum, restitutor est: si
dolorem, medicus est: si mortē,
resuscitator est. Quātum patien-
tiæ licet, ut Deum habeat debitis-
torem? Nec immerito enim. Os-
mnia enim placita eius tuetur, os-
mnibus mādatis eius interuenit,
fidem munit, pacem gubernat,
dilectionem adiuuat, humilitas
tem instruit, poenitentiam expes-
ctat, exomologesin adsignat, car-
nem regit, spiritum seruat, lins-
guam frenat, manum continet,
tentas

DICTORVM ECCLES

tentationes inculcat, scādala pels
lit, martyria consumat, pauper
rem consolatur, diuitem tempes
rat, infirmum non extendit, ua
lentem nō consumit, fidelem des
lectat, gentilem inuitat, seruum
domino, dominum Deo com
mendat, foeminam exornat, uis
rum approbat: amatur in puer
ro, laudatur in iuuene, suscipitus
in sene: in omni sexu, in omni aet
ate formosa est. Tertull. Nos
amemus patientiam Dei, patien
tiam Christi. Rependamus illi,
quam pro nobis ipse defendit.
Offeramus patientiam spiritus,
patientiam carnis, qui in resur
rectionem carnis & spiritus cres
dimus. Tertullianus. Fiducia
Christi

Christianorum, resurrectio mor-
tuorum est. Tertull. Idem: Ni-
hil esse post mortem Epicuri scho-
la est. Audi de ritibus Ecclesiæ
nostræ apud cundem Tertull.
Caro abluitur, ut anima emacu-
letur. Caro unguitur, ut anima
consecratur. Caro signatur, ut an-
ima muniatur. Caro manus im-
positione adumbratur, ut & ani-
ma Spiritu illuminetur. Caro
corpore & sanguine Christi ues-
scitur, ut & anima de Deo sagis-
netur, &c. Nemo tam carna-
liter uiuit, quam qui negat car-
nis resurrectionem. Negantes
enim poenam, despiciunt disciplinam. Tertull. Secundū pre-
iudicia tot autoritatum Scriptu-
ras ins-

DICTORVM ECCLE^a

ras intelligi oportet , non secundum
dum ingenia hæreticorum. Tertius
tull. Idem : Aduentus Domini
ni clavis est resurrectionis.

Idem : Quemadmodū Christus
nobis arrabonem Spiritus relin-
quit , ita & à nobis arrabonem
carnis accepit , & uexit in cœlum
pignus totius summe illuc quan-
doque redigendæ . Securi esote,
caro & sanguis, usurpatis & cœ-
lum & regnum Dei in Christo.
Aut si negēt uos in Christo , ne-
gent & in cœlo Christum . Qui
uobis cœlum negarunt , mino-
ribus maiora præscribunt. Ter-
tull. Omne genus ad originē
suam censeatur . Necesse est ita,
quia tot ac tantæ ecclesiæ , unam
esse

esse illam ab Apostolis primam,
ex qua omnes: sic omnes primæ,
& omnes Apostolicæ, dum us
nam omnes probant unitatem.
Idem Tertullian. Si hæc ita sunt,
constat proinde omnem doctrinam,
quæ cum illis ecclesiis Apostolicis, Matricibus & origina
libus fidei conspiret, ueritati des
putandam: & sine dubio tenen
tes, quod ecclesiæ ab Apostolis,
Apostoli à Christo, Christus à
Deo suscepit. Reliquam uero o
mnem doctrinam de mendacio
præjudicandam, quæ sapiat con
tra ueritatem ecclesiarum, & Ap
postolorum, & Christi, & Dei.

Idem Tertullian. contra hæreticos:
Aedant ergo origines eccl
esiarum

DICTORVM ECCL E-

fiarum suarum , euoluant ordinem episcoporum suorum . Ita per successiones ab initio decurrente , ut primus ille episcopus aliquem ex Apostolis uel Apostolicis uiris , qui tamen cum Apostolis perseverauerit , habuerit authorem & antecessorem . Hoc enim modo Ecclesiæ Apostolicæ census suos deferunt , sicut Smyrneorum Ecclesia Polycarpum à Iohanne conlocatum refert , sicut Romanorū Clemensem à Petro ordinatum , &c . Idem Tertull . aduersus hæreses : Hæretici , nō Christiani , nullum ius capiunt Christianarum literarum , ad quos merito dicendū est , Qui estis ? quando & unde uenistis ?

uenistis? quid in meo agitis non
mei? Quo deniqz Marcion iure
syluam meam cædis? Qua licens
tia Valentine fontes meos trans
uertis? Qua potestate Apelles li
mites meos commoues? Quid
hîc ceteri ad uoluntatem uestram
seminatis et pascitis? Mea est pos
sessio, olim possideo, habeo ori
gines firmas. Et ipsis autoribus,
quorum fuit res: Ego sum hæ
res Apostolorum. Sicut caue
runt testamento suo, sicut fidei
commiserunt, sicut adiurauerūt,
ita teneo. Vos certè exhæreda
uerunt semper & abdicauerunt,
ut extraneos, ut inimicos. Vnde
autem extranei & inimici Apo
stolis hæretici, nisi ex diuersitate

F doctris

DICTORVM ECCLÆ-

doctrinæ, quam unusquisq; de suo arbitrio, aduersus Aposto-
los, aut protulit, aut recepit?

Deus, si non unus est, non est.

Tertull. Persarum magi, Ägy-
ptiorum Hierophantæ, & Indo-
rum Gymnosophistæ. Tertull.

Liberum & sui arbitrij & sue
potestatis inuenio hominem à
Deo institutum. Idem Tertull.
Comites gulæ, libido atq; luxu-
ria, uētris castigatione frigescūt.
Hoc est, Sine Cærere & Baccho
friget Venus. Christus in car-
nem ex carne nasci habebat, ut
natiuitatem nostram natiuitate
sua reformaret: atq; ita etiā mor-
tem nostram morte sua dissolue-
ret. Tertull. Idem: Signa Tau-
in frons

in frontibus eorū. Ipsa est enim li-
tera Græcorū Tau, nostra autē
T, species crucis, quam porten-
debat futuram in frontibus nos-
stris apud ueram & Catholicam
Hierusalem, &c. Ego meum
dico uerum, Marcion suū. Ego
Marcionis affirmo adulteratū,
Marcion meum. Quis inter nos
determinabit, nisi temporis ra-
tio, ei præscribens autoritatem,
quod antiquius reperietur, & ei
præiudicans iuitionem, quod
posterioris reuincetur? Tertull.

Idem: Habet planè & Marcio-
nis Euāgelion ecclesias, sed suas,
tām posteras, quām adulteras,
quarum si sensum requiras, facis
lius apostaticum, quām Aposto-

F ij licum

DICTORVM ECCLES

licum inuenias , Marcione scilicet cōditore, uel aliquo de Marcionis examine. Faciunt fauos & uespæ , faciunt ecclesias & Marcionitæ. Idem in hæreticum quemuis: Quisquis es ἐπερχόμενε, prius æde qui sis , & à quo uenias , & quod in nobis tibi ius,

Idem contra H̄eret. Misereor tui Marcion , frustra laborasti, Christus enim Iesus in Euangeliō tuo meus est. Ioannem Baptistam agnoscamus cōstitutum inter uetera & noua , ad quem desineret Iudaismus, et à quo inciperet Christianismus. Tertull.

Adoro Scripturæ plenitudinem, quia mihi & factorem manifestat, & facta. Tertullianus.

Idem

Idem contra hæreticos: Oportet secundum plura intelligi pau-
ciora. Sed proprium hoc est om-
nium hæreticorum. Nam quia
pauca sunt que in sylua (Scriptu-
ræ) inueniri possunt, pauca ad-
uersus plura defendunt, & pos-
teriora aduersus priora susci-
piunt. Facile est statim exige-
re, ubi scriptum sit, ne corone-
mur. At enim ubi scriptum est,
ut coronemur? Nam si ideo di-
cetur coronari licere, quia non
prohibeat Scriptura, æquè res-
torquebitur, ideo coronari non
licere, quia Scriptura nō iubeat.
Tertullianus. Multi se spado-
natui assignant, & propter res-
num Dei, tam fortē & utiqz

F in permis

DICTORVM ECCLES

permisſam uoluptatē ſponte po
nentes. Quidam ipsam Dei crea
turam ſibi interdicunt, abſtinen
tes uino, & animalibus exulan
tes, &c. Tertull. Idem: Pudi
citiæ Christianæ ſatis non eſt,
eſſe, uerum & uideri. Tāta enim
debet eſſe plenitudo eius, ut ema
net ab animo in habitum, & eru
ctet à cōſcientia in ſuperficiē, etc.

Ecclesia ſe peregrinam in ter
ris ſcit agere inter extraneos, fa
cile inimicos inuenire. Cæterum
genus, ſedem, ſpem, gratiam, di
gnitatem in cœlis habere. Vnū
geſtit interdū, ne ignorata dam
netur. Tertull. Idem de perſe
cutoribus paganis: Hanc primā
cauſam iniquitatis apud uos col
locamus,

locamus, Odiū erga nomen
Christianū. Mox: Vociferatur
homo, Christianus sum. Quod
est, dicit: at tu uis audire, quod
non est. Veritatis extorquendæ
Præsides, de nobis solis mendac
ciū elaboratīs audire. Hoc sum,
inquit, quod quærīs, an sim.
Quid me torques in peruersum?
Confiteor, & torques. Quid fa
ceres, si negarem? Mox: Ideo
torquemur confitentes, & pu
nimur perseverantes, & absolu
mur negātes, quia nominis præ
lium est. Mox: Nomen deti
netur, nomen expugnatur, & i
gnoram sectam, ignotum & au
tore uox sola prædamnat, quia
nominatur, nō quia reuincitur.

F iiiij Nomis

DICTORVM ECCL^E.

Nominis est exprobratio . Bonus uir Caius Seius , sed malus tantum , quod Christianus .

Idem Tertul. Cum odio sui coepit ueritas , simul atque apparuit inimica esse . Tot hostes eius , quot extranei . Item ; Fiunt , non nascuntur Christiani . In coelum suspicientes Christiani , manibus expansis , quia innocuis , capite nudo , quia non erubescimus , denique sine monitore , quia de pectora oramus ; precantes sumus omnes semper pro omnibus Imperatoribus , uitam illis prolixam , imperium securum , domum tutam , exercitus fortes , senatum fidelem , populum probum , orbem quietum , & quaecunq^b hominis

minis, & Cœsar is uota sunt. Tertullianus. Idem : Plures efficiuntur , quoties metimur à uobis. Semen est sanguis Christianorum: Item: Probatio est innocentia nostræ iniquitas uestra. Item: Cum damnamur à uobis, à Deo absoluimur. Tertullianus,

BASILIVS MAGNVS,

CQuæ tempore coeperūt esse, tempore quoque desinant ac finiuntur, necesse est. Et si temporis initium habet, noli dubitare de fine. Reprehendit Basilius Genethliacos ac astrologos, qui, ut ipse ait, uitā nostrā humanam à cœlestium corporum motione pendere affirmant, &c. Pisces diuinæ legi non aduersatur,

F v & hos

DICTORVM ECCLÆ

& homines salutaria sibi præcep-
pta non ferunt. Basilius. Quid
tu narras hæretice? Non dabis
mus plus antiquitatib[us]. Non reue-
rebimur Christianorum multi-
tudinem: tam eorum, qui sunt,
quam qui extiterunt, ex quo Eu-
angelium prædicatum est. Nul-
lumne rationem dignitatis eoru[m]
faciemus, qui omni spirituali gra-
tia claruerunt: quibus tu omnibus
inimicā hanc impietatis uā
excogitasti. Basilius. Non enim
si inquirimus, quid sit Deus, sed
si, quoniam est, confitemur, salu-
tem nobis præparat. Basilius.
Idem iustissimè in hæreticos ex-
clamat: O turpissimam blasphemiam,
o abditā fraudem, o mul-
tiplicem

tiplicem malitiā, quam maximē
ex ipso diaboli artificio loqui-
tur. Mox ait ipsum Eunomium
Marcionem imitari, in tollendo
ē Scripturis, quæ non uult, &
ascribendo, quæ placent. Nos
hodie similia comperimus, à nos
stratibus hæreticis designari.

Baptismus est sigillum fidei: si-
des uero deitatis confessio. Ba-
silius. De parentibus huius sic
Nazanz. Parentes Basiliū perpe-
tua concordia deuincti, in meo
dioeci ac bene parta substantia,
persancte & pīc uixerunt, pauperes
nutriendo, hospites excipiendo,
partem ipsius Deo cons-
secrando, cæteris omnibus eius-
dem status exemplo fuere. Ex
uiperæ

DICTORVM ECCLE^SA

viperæ carne singulare morbis
remedium inuētum, quod Thes-
riacam appellant; sic etiā ex Græ-
cis doctrinis, quæcunq; ad natu-
ræ cognitionem, morumq; insi-
tutionem faciūt, ediscamus; quæ
nero ad errorem & supersticio-
nem, ea uitabimus. Nanzanz.

Sancti uiri est, hanc uitam more
hospitis transire, ac ad alteram
properare. Basilius. Rectus
corde is est, qui animum retinet
utrinq; paratum, ut nec in rebus
excedat, neq; rursus deficiat, sed
in medio uirtutis consistat. Basilius.
Idem: Qui propria mem-
bra castigarit, ac rationi obtem-
perantia reddiderit, supracq; ter-
ram sanctitatem custodierit, di-
gnus est

gnus est in monte sancto requiescere. Idem: Rarus profecto rarus, qui in corpore sit incola, & qui in monte requiescere mereatur. Idem contra iurandi morem: Turpe & omnino stultum est, se se ut fide indignum accusare, & ad iuramenti securitas tem confugere. Idem: Qui pauperis miseretur, Deo foenerat: fœnoris uero certa fide cunctis digna sponsio, regnum est cœlorum.

Quoniam uitæ huius facta & exercitatio uiaticum quoddam sunt ad futurā, quicunq; hic gloriam & honorem Domino per bona opera refert, is demū gloriam ac honorem sibi ex Domini promissione & iusti iudicis præmio

DICTORVM ECCLES

præmio thesaurizat. Basilius.
Idem : Semina doxologiam , ut
coronas honoresq; ex Deo in
regno cœlorum metas. Idem
Basil. Mag. cōtra eos qui in tem
plis nugantur atq; fabulantur:
In templo eius omnes dicēt glo
riam : Audiant hæc psalmi uer
ba, qui longos alienosq; in tem
plo sermones edunt. Qui in tem
plo Dei est, non uana , scurrilia,
probrosa loquitur uerba, sed o
mnis dicit gloriā. Adsistunt uer
ba describentes angeli , adest &
Dominus adfectus intrantium
considerans . Preces cuiuslibet
Deo manifestæ sunt . Aliquis ex
adfectu tantum orat , aliis per
scientiā cœlestia quærit: quidam
persan;

persancta summis labris loquitur , cor autē eius procul à Deo est. Quum orat carnis prosperitatem, corporis bona, insuper diuitias & gloriam querit humana. Oportet autem nihil horum, ut sermo Dei planè docet. Sed in templo eius omnis dicet gloriam. Cœli enarrant gloriam Dei. Angelorum opus, laudare Deum, omnibus dēnicq; cœlestib; bus exercitib; una hæc cura, gloriam creatori dare. Reliq; item creaturæ omnes, siue cœlestes, siue terrestres, seu rationales, siue rationis expertes : demumq; inanimatæ, seu uoce siue gestis aut aliqua significatione summū omnium cōditorem Deum extollere

DICTORVM ECCLES

tollere ac prædicare uidetur. Homines enim miserabiles domum dimittentes, ad templum prope rānt, ut sibi auxilium quærant. Sed qua, dic mihi, reuerētia, qua humilitate? Non uerē uerbum audiūt, eius sensum & naturam non probē percipiunt, in peccatis deprehensi minimē angūtur, in memoriam præteritorum uenientes minimē dolent, iudicium non metuunt: sed in templum ridentes ingrediuntur, dextras inter se iungunt, locū prolixī prophaniqz sermonis domum Dei faciunt, non audientes psalmum dicentem: In templo eius omnis dicet gloriam. Tu autem non solum non dicis, sed alij impedimentoo

mento es: adorantes tua uanilos,
quētia sēpe auertis sacrē Scriptu
ræ, spiritus sancti gratiæ obtres
ctas. Vide ne quādo inde absces
das, loco recipiēdē mercedis pro
laudibus diuinis, unā cum īs qui
nomen Dei execrātur, cōdemne
ris. Psalmos habes, Prophetas,
Euangelica præcepta, Aposto
rum epistolas, quæ corde oreq;
uoluta, lingua psallat, mens sen
sum eorum quæ dicūtur, scrute
tur. Non enim gloria Deus in
diget, sed ut eū laudes te dignum
reddere cupit. Quod enim semis
nat homo (ait Apostolus) hoc
& metet. Ne tuum corpus de
litījs tradas, somno, balneis, plus
mis ac mollibus cubilibus, sed

G semper

DICTORVM ECCLÆ.

semper in ore habeas hoc uerbum : Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendero in corruptionem: Quid, queso, uegetum ualidumq; studes reddere, quod paulo post est interituru? Quid te ipsum saginas, & carnibus grauas? An ignoras, quanto pinguus tibi tuum corpus, tanto grauiorem animæ tuæ carcerem constituis. Basilius. Maledixisti, benedicas. Malè per cupiditatem accepisti, redde. In ebrietatem incidisti, ieiuna. Arroganter & superbè egisti, te submissè gerre. Inuidisti, adhortare, consolari. Occidisti, te martyrem pro Christo præbe, uel æquè martyrio per tuam confessionem proprium

prium corpus castiga, &c. Basil.
Mag. Diligit Dominus miles
ricordiam & iudicium. Misericordia
cordia Domini plena est terra.
Si per se iudicium Dei satis es-
set, ac abrupte ex meritis nostris
nobiscum ageret, quæ nobis
spes reliqua esset? quis ex omni-
bus saluus fieret? Nunc autem di-
ligit misericordiam & iudicium,
uelut adstante ei misericordiam
faciens, & in regio iudicij thoro
no prodeuntem. Sic quemlibet
in iudicium adducit. Si iniqüitas
tes obseruaueris Domine, Do-
mine quis sustinebit? Nec enim
misericordia sine iudicio, neque
iudicium sine misericordia. An-
te iudicium misericordiam dili-

G i git, &

DICTORVM ECCLE-

git, & post eam ad iudicium uenit. Hæc enim inter se coniuncta sunt, ne misericordia sola securis tatem nimiam ac negligentiam pariat: neu iudicium in desperationem deducat, uult tui miseri, modo post admissa humilem te factum & poenitentem & lus gentem inueniat. Insuper si osculta te facta uulgantem, ac demum fratres ut pro te Deum orant, tuique curam suscipiant, pre cantem uideret, proculdubio te in gratiam restituet, & auxilio suo dignum iudicabit. Si rursus cor tuum impoenitens superbium que, ac futurum seculum contemnens, nullumque iudicij timorem conspexerit, tunc denique in te iudicium

dicium diligit. Omnis actionis,
 quæ nos ad beatam uitam per-
 ducit, autor ipse primus Domi-
 nus fuit, ac sese discentibus exem-
 plurum præbens, ad eas quas ipse
 nominauit beatitudines, reuoca-
 uit, &c. Basilius. Omni in Chri-
 stum credenti angelus assistit, ni-
 si nos illū ob nostra peccata ab-
 sterreamus. Sicut enim fumus a
 pes fugat, & foetor columbas ex-
 pellit, sic angelum uitæ nostræ
 custodem, tenebrosum foetulen-
 tum'q; peccatum. Basil. Ele-
 menta sunt hæc monitionum ad
 pietatem isagogica, linguam con-
 tinere, à dolosis cōsilijs abstinea-
 re, declinare à malo. Basilius.

Idem: Omnis iusti actio digna
 G in ut à

DICTORVM ECCL E-

ut à Deo spectetur ac consyderetur. Multi priorum peccatorum obliuiscuntur, nullam eorum habentes rationem, et quasi diuinam contemnentes misericordiam, nullis putant opus esse precibus ad Deum. Basilius.

Vacemus ab opere nuptiali, ut orationi vacemus; vacemus a studio diuitiarum, à cupiditate inanis gloriae, à uoluptatum usu, ab inuidia, & omni denique malignitate in proximum nostrum, ut anima nostra in tranquillitate existens, & à nulla re perturbata, uelut in speculo quodam pura & sine tenebris reddatur, insuper Dei splendoris sit referta. Basilius. Nobis finis, cuius gratia cuncta

cuncta facimus, & ad quem omni studio properamus. Beata est in futuro seculo uita, quam Deo seruiendo cōsequimur. Idem Basilius: Qui redemptus est per hostiam illius, qui se pro nobis tradidit, deinde in hoc mundo laborauerit, post hæc uiuet in finem. Pro delitijs & choris & ebrietatibus psalmos, ieiunia, & orationes suscepimus. Basilius. Pauper es, lætare, quoniam Lazaritæ bona accipient. Despiceris ob Christi nomen, hæc tibi uerecūdia in angeli gloriā transferetur. Basilius. In qua mensura proximos metiemini, et uos idem sustinebitis. Cæcidisti frastrem, par recipe. Rapuisti aliena,
G iijj irresistu

DICTORVM ECCLE-

irrisisti pauperes, uerecundia, iur
gīs, contumelijs adfecisti, calum
niam intulisti, mentitus es, alie
nis nuptijs insidiatus es, peiera
sti, patrum monita neglexisti, or
phanorum possessiones inuasis
sti, uīduas exagitasti, deniq; hu
ius uitæ uoluptatem bonis futu
ris à Deo tibi promissis potiore
habuisti, recipe his æquam mens
suram. Qualia namq; quis semis
nat, talia & metet. Nam si quid
bonorum abs te gestum fuerit,
illis multo plura recipies mune
ra. ¶ Quoniam tu reddes cuiq;
iuxta opera sua. Si huius itaque
sententiæ in omni uita reminisce
ris, multa poteris peccata uitare,
in Christo Iesu Domino nostro,
cui glo-

cui gloria & imperium in æternis
secula, Amen. Fides est uia
omnia, quam omniū Dei
uerborum ducem esse oportet.
Fides, inquam, non demonstra-
tio. Fides supra omnē rationem
scientiarum disciplinarūm ue ani-
mam sublimem trahit. Fides de-
nīcē non Geometricis aut necessarijs
nititur probationib. In nos-
mine Domini nostri Iesu Chris-
ti Nazareni surge & ambula.
Hanc uocem continuo per spis-
ritum sanctum subsecutus est ef-
fectus, &c. Basilius. Ne puta
omnia tuto uentri præparari di-
ues, quæ habes in manibus : exis-
stimes ut aliena, paruo namque
tempore possidebis, tecqz illa bre-
G v uiter

DICTORVM ECCL

uiter exhilarabunt. Abibunt, ci-
tō peribunt, quorum ratio olim
a te acriter exigitur. Mox: Quid
faciā? inquis. Parata tibi respon-
sio est: Esurientium animas ex-
plebo, aperiam horrea, & om-
nes uocabo pauperes: imitatu-
rus Ioseph humanitatis laudib.
emittam uocē magnificā: Qui
cunq; panibus egetis, uenite ad
horrea mea, &c. Mox: Benefa-
ctorum gratiæ, in dantes reuer-
tuntur. Dediſti esurienti: tibi cō-
ſuluisti. Datū cum auctario re-
uertitur. Mox: Homines te bea-
tum ex ipsa genesi appellāt. Præ-
terea gloria sempiterna, corona
iustitiæ, regnum cœlorum, præ-
mia tibi ob harum rerum mor-
galium

talium administrationem erunt,
&c. Idem Basilius: Anima, in
quis, habes multa bona, ede, bis
be, gaudie. O uerba stultitissima,
o dementiam singularem. Nam
si porcinam habuisses animam,
quid aliud dicere potuisses? Rur
sus: Educ de custodia diuitias cō
pedibus uinctas, triumpha de
tenebroso iniquitatis Mammos
næ domicilio. Habe, si uis, apos
thecas domos pauperum. Thes
sauriza tibi thesauros in cœlis,
&c. Item: Quid, quæso, nunc
prohibet, ut dare nequeas? Nón
ne inops præsto adest? Non plu
ra horrea? Non merces à Do
mino parata? Non mandatum
manifestum? Vnam tantum nos
stiuos

DICTORVM ECCLÆ

sti uocem: Non habeo, Nō das
bo: nam & pauper ego quoque
sum. Pauper es profecto' paus-
per, & omnium egens honorū.
Pauper, inquam, charitate , hu-
manitatę, fide, æterna spe. Item:
Cui facio iniuriam, inquis, si mea
retineo conseruo' cę: Qualia, dic
mihi, tua: Vnde hæc in uitam ue-
niens tulisti? Mox: Cur diues es,
ille pauper? Profecto non ob a-
liam causam, nisi ut tu benignis-
tatis ac fidelis administrationis
præmium accipias, ille vero' pa-
tientiæ mercede maximè hono-
retur. Idem Theologus: Etsi
rientis est panis, quem retines.
Nudi est uestis, quam in arca cu-
stodis. Discalceati calceus est, qui
apud

apud te marcescit. Egētis argen-
tum est, quod tu in terrā fodis.
Item: Animæ uestræ redemptio
sint propriæ diuitiæ. Idem Ba-
silius: Si afferuabis, nō habebis,
sin disperges, inuenies. Vidi ego
quosdā iejunantes, orantes, pre-
teritorum poenitentia suspirans-
tes, omnem deniq; sine sumptu
pietatem ostendentes, egentibus
uerò ne obulum quidem præ-
bentes. Quid his cætera uirtutū
diligētia prodest? Non propters
ea regnū Dei consequentur. Ba-
silius. Idē: Annulus tuus quan-
tum æris alieni posset exoluere?
quot domus ob inopiam ruens-
tes conseruare? Idem Basilius:
Non te miseret, misericordiam
non

DICTORVM ECCLE-

non inuenies . Non iuuasti alienam domum, à regno Dei excluderis . Nō dedisti panem, uitam æternam non recipies, &c. Has habes terræ tot iugera, uineas, hortos, campos, saltus, flumina, loca amœna . Quid ergo post hæc? Nónne telluris tres tantum cibit te expectant? Nónne parvus lapis ad tui miseri corporis custodiam satis erit? Basilius.
Idem: Opes animarum laqueus, mortis hamus, peccati esca, belli materia, per quas equi armatur, & enses acciuntur . Mox: Adiumentum uitæ, non malorum incitamentum pecunia data est, a nimæ redemptio , non exitij occasio. Considera, ne opes multis cum

cum ærumnis cumulatas, peccatorum materiā alijs (pura filijs) tradas, duplicitè plectaris postmodum poena, & tuorū criminum & aliorum, quibus causam dederis. Nonne cunctis liberis tibi coniunctior est anima tua? Huic tu primas da partes diuitis hereditatis, uite uidelicet æternæ materiam; deinde filijs distribue, &c. Basilius. Idem: Sed, inquis, ego bonis dum uiuam frui uolo, post mortē uero in testamento pauperes ascribam. Heu miser, tunc benignus & liberalis hominibus eris, quum te cadauer aspiciam, tunc fratris amans tē appellabo. Nullus post mercatum solutū negotiatur. Quis de mors

DICTORVM ECCL E-

de mortis genere sponsor: Basil.
Vos alloquor, diuites, respicite
finem , à cupiditate desistite . Si
possideris, non amate. Volo te
cum feras omnia, ne alienis relin
quas. Ipse tibi uiuēs sepulchrum
pietatis studijs facere contendet.
Te apud te habes. Crede optis
mè consulenti , tecq; amanti Iesu
Christo , qui ob nostrā salutem
egere uoluit , ut ex eius pauper
tate nos diuites essemus, qui etiā
sele pro nobis redimendis pres
cium obtulit , ut eius mandata
seruando, nobis cōmodum per
petuum proueniret, & hæredes
æternę uitę fieremus, in ipso Do
mino Iesu Christo , cui gloria &
imperium in secula, Amen.

Hac

Hac de causa Deus omnipotēs
manū nō aperit, quia fraternitas
tis charitatē occlusimus; ob hoc
& cāpi steriles, quia charitas fris-
guit, aruit. Et quanquam suppli-
cantium uox assidue clamat, at
tamen apud homines euanescit
ac dissipatur, quia & nos rogan-
tes non audimus. Basilius. Ne
uerere ex paruo dare. Ne tuum
commodum communi præpos-
nas periculo. Si enim duo tibi
sint panes, ad fores autem roga-
tor aderit, prome illi alterum.
Dans uero manus in cœlum tol-
le, dicq; pia hæc & benigna uer-
ba: Vnum panem, quem uides
Domine, do meo periculo, sed
ego tuo mandato meum com-

H modum

DICTORVM ECCLES

modum posthabeo, & ex mo-
dico do panem esurienti. Noui
tuam bonitatem, tuæ potentiae
confido, quod non diu gratiam
tuam differes, sed breui, quum
tibi placuerit, ad satim dona tuæ
magnificentiae patebunt. Quod
si feceris, ac dixeris, non dubium
quoniam panis hic quem ei hac das
bis angustia, agriculturæ semen
accopiam suppeditabit, multum
que tibi ex terra scenoris reddet
diuinæ gratiae conciliatori.

Mandatum prius Adam acces-
pit, ne bonum ac malum cogno-
scerent. Ne comedite. Hoc enim
Ne comedite, iejunij simul et ab-
stinentiae lex est. Si enim Eua à
ligno abstinuisset, non profectò
hoc

hōc nobis opus esset iejunio.
Mox idem Basilius: Ob peccata
sauciū sumus, per pœnitentiam
uero sanamur. Pœnitentia quo-
que sine iejunio uana est. Idem:
Itaq; quoniam nō iejunauimus
in paradiſo, electi sumus, iejunes-
mus ergo, ut ad ipsum reuerta-
mur. Basilius. Iejunium ora-
tionem in cœlum defert, uelut a-
la quædam ei cōiuncta. Est item
iejunium sanitatis mater, iuuens
tutis paedagogus, ornementum
senioribus, &c. Vir uxorem ui-
dens iejunantem, uxor item ui-
rum idem facere animaduertēs,
zelotypia nunquam erit. Idem
Basilius: Vide, miser, ne aquam
nunc fastidiens, post hanc uitam
Hij aquæ

DICTORVM ECCLE-

aquaꝝ guttam, ut diues ille, desis-
deres. Idem: Ne tu puta solum
in abstinentia ciborum ieunium
bonum esse. Verum namqꝫ ieu-
nium, malorum est euitatio.

Idem: Vini usus optima mensu-
ra, quantum sat est, ad corporis
sanitatem. Ebrietas Deum non
recipit, spiritum sanctum expels-
lit. ieunium ciuitatis ornamen-
tum, fori stabilitas, domorum
pax, rei familiaris salus, &c. Basili-
lius. Idem: Percontare medici-
cos, qui tibi referent, quemad-
modum hęc ad ualeitudinem uia
est omnium tutissima. Nam cor-
poris superfluitatem per ieuniū
tollere contendunt. Mox: Deo
etiam placens ieunium, abstine-
re a

re à malo , linguam continere,
iram temperare, parcere maledic-
centiæ, mēdacio, periurio. Basil.
Ebrietas uithi mater, uirtutis ini-
mica, &c. Ibi tonat Theologus
contra choreas . Quid si hodie
cernat mores Germaniæ publis-
cos: Item: Ebrietas rationis ins-
teritus, fortitudinis pernicies, se-
nectus non intellecta, mors bre-
uis temporis. Quid, quæso, sunt
ebrii, quam gentium idola? Ocu-
los habent, & non uident: aures
habent, & non audiunt: manus
paralysi affectas, pedes infirmos
habent. Item: Vocas ad coenā,
ut amicum , eius petis cadauer,
animam extinguis . Respice pa-
rumper in miserum uentrem ua-

H iñ sis ma-

DICTORVM ECCLES

sis magnitudinem, uini mensurā
quanta sit, considera. Basilius.
Ex talibus itaq; malis uiri ac fo-
minæ communes constituentes
choros, maloq; dæmoni miserias
tradentes animas sese inuicem li-
bidinum telis confodiunt atque
lacerant. Ritus inter se histrioni-
cos, cantus probrosos, meretri-
cios gestus ad libidinē inuitates
exercent. Rides, dic mihi, & gau-
des inepta stolidacq; lætitia, quū
lachrymas fundere ac dolere ob
ea que admisisti fas erat. Cantus
pfanos exerces, oblitus psalmo-
rum et hymnorū, quos didicisti.
Moues pedes, & ut insanus sal-
tas. Chorea ducis imprudens,
quum genua ad Dei & Domini
noſtri

nostri Iesu Christi cultum flectere
re oportuit. Quas ego fleam,
puellasne coniugij expertes, an
uiris coniunctas? Hæ quidem les
gem præterierunt, uirginitatem
amittentes. Illæ uero pudicitiam
uiris minimè seruauerunt. Basil.

Leiunium ebrietatē curet, psalmus turpes cantus, lachryma risum. Pro saltatione genu Deo flectatur, pro tripudio & cithara pectus pulsetur. Pro uestium sumptu atcq; ornatu humilitas. In omnib; uero eleemosyna pecata diluat: redēptio animæ uiri diuitiæ propriæ. In cōmunionem societatemq; orandi Dei plures admittite huiuscmodi delinquētes, si quo modo ad poenitētiā

H iij reuo-

DICTORVM ECCL.

reuocari possent. Basil. Quem admodum uenenum ferrum, sic inuidia eos qui hac laborat, abs sumit: magis autem sicut uiperas dicunt abrupto matris uentre nasci, sic & inuidia concipientem eam animam corrodere simul et tabefacere apta est. Nec mirum, cum hominem malignum atque inuidum continuo dolor ac tristitia comitetur. Basilius. Item: Ut erugo frumenti est uastatio, sic inuidia amicitie pestis. Item: Quemadmodum sagittae magna ui emissae, si in durum aliquid ac respuens inciderint, in emittem tem facile redeunt, sic inuidia proximis tristitiam nequaquam affert, tantum inuidenti officit. Basilius. Idem alibi S. Basilius: Nonne

Nonne uides quemadmodū sagittæ, si duriora offendant, refulcent ac excidunt, in molibus uero & obedientibus facile figurantur, ita & in contumelijs evanescunt, qui eis occurrit ac resistit, illas insese recipit. Qui autem mansuetudine & patientia armatus, ad eas excipiendas se præparauerit, omnino excutiet atque enitabit.
 Basil. Sicut enim vultures per multa quidem prata, multa etiā amoena & odorata loca circumvolantes ad tabida & foeculenta loca feruntur. Musæ quoq; salubre si quod offendunt, prætereunt, ad insalubre uero properant. Sic & inuidi uitæ splendorem ac rerū bene gestarū magnitudinem minime quidem respiciunt: manca

H v uero

DICTORVM ECCLE-

uerò & fragilia, & si quid erratū
(ut quandoq; rebus accidit hu-
manis) tamen obseruant, hæc di-
uulgant, & per hæc tamen ho-
mines cognosci uolunt. Quem-
admodum maligni pictores, qui
hominis imaginem ex aliqua no-
ta aut ulcere natura seu casu insis-
ta corpori effingunt, claramq;
esse cupiuut. Iniquum profecto,
id quod laudabile potissimum
fuerit, alicuius peioris gratia ma-
nifesti occultare, & uirtutem ex
uicinitate uicij (si quod fortè re-
peritur) calumniari. Fortitudi-
nem audaciam potius appellas-
bunt, modestum uero, sine sensu
hominem : iustum, immitem &
nimium seuerum; prudentem, as-
tutum:

stutum: magnificum, uastum: liberalem, ut prodigum taxant. Parcum auarum dicunt. Deniq; omnis uirtutis species in uicina uitiorum nomina conuertunt, nusquam calumnia rebus laudatis deficiēt. Non enim ita in locis desertis echo in ipsos clamantes intempestiuē reuertitur, sicut in hominem iniustum & contumeliosum cōtumelia reuertitur. Basilius. Ira certamen excitat, certamen uero conuicium, conuicium uerbera, uerbera demū uulnera, ex quibus mortes ipsæ sāpe sequuntur. Idem Basilius: Quid aduersario durius esse potest, quam te animū gerere contumelij omnibus altiorem?

Opor-

DICTORVM ECCLE-

Oportet motus animi i^{nf}anos
ac p^{re}cipites exemplo sanctorū,
ac beatorum præceptorum me-
moria cohibere. Mox: Ille ma-
ledicat, tu nihil moueare. Gym-
nasium quoddam & exercitatio
ad philosophiā uerba illius sint.
Si enim nihil moueris, integer
es, ac animo sanus. Si uero alii
quid pateris, saltem in te conde-
tristitiam. Basilius. Magnum
ac durum peccatum cōfessio, la-
chrymæ, continua uigilia, assis-
duum iejunium delebunt, denis-
que leuiorem longè hanc sarcis-
nam poenitentia reddet. Basil.
Ob diuitias tunes: ob maiores
elatus es: aut patria, seu fama, seu
honoribus superbis: Attende tis-
bipsl,

bipſi, quod mortalis es, quod
terra es, & in terram cito reuers
teris. Illos paulisper respice, qui
in simili tumore ac superbia fue
re. Vbi nam ſunt, qui ciuiles ias
tabant factio[n]es, ubi oratores,
ubi populares? Vbi panegyrica
& encomia celebrantes? Vbi cla
riſſimi equorum nutritores, du
ces, satrapæ, tyranni? Nonne in
uia cinis? Nonne eorum memori
a in paucis oſibus? Respice ſeſ
pulchra, ſi diſcernere uales, quis
ſeruus, quis dominus, quis pau
per, quis diues, &c. Basilius.

Mala nō Deum cauſam habent,
ſed nosipſos. Principium namq[ue]
& radix peccati, in nobis, & in
noſtra potestate, &c. Idem: Ma
lum

DICTORVM ECCL^EA

Ium propriè tantum est peccatum , hac uere dignum appellatio ne , quòd in nobis existat , & ex nostra proueniat optione , us trum reiçere , an acceptare uelis mus . Reliqua uero quæ appellantur mala , partim ad exercen dos bonos dantur , partim ad castigandos in peccata uaria mos tus . Basil . Idem : Vnde , quæ so , ini quis homo : Ex ipsius libera uoluntate . Vnde malus dia bolus : Ex eadem penitus causa , &c. Mox : Aduersarius igitur nobis est diabolus ob antiquam ruinam , à qua nos Dominus liberauit , ac per obediētiā quo dammodo renouauit , ut de ini mico triumpharemus . O nūqz diabol

diabolus fuisset. Si in eo ordine,
quo ab initio cōstitutus fuit , res
mansisset. Postquam uero ab au-
ctore suo defecit inimicus qui-
dem Dei, inimicus item homi-
nis ad ipsius imaginem constitu-
ti est. Nam ideo Misanthropos
existit, qui Deo sit rebellis. Nos
uero , ut eius opus , odio perse-
quitur , ut eius imaginem inse-
ctatur. Ille igitur sapiens & pro-
uidentissimus rerum humanarū
dispensator , eius utitur ad nos-
stram exercitationem malignita-
te, quemadmodum medicus ui-
peræ ueneno ad salutarem me-
dicamentorum preparationem.
Sed quidnam est diabolus , in-
quis ? quis ordo ? quæ dignitas ?
& des

DICTORVM ECCLE-

& demum, unde satani, seu satanas cognominatur? Satanus igitur, qui bono aduersetur, appellatur. Basil. Sedens ad mesam, ora: panem accipiens. danti gratias habe: uino corporis debilitatem sustentans, reminiscere dominum Dei praebentis in cordis letitiam, & infirmitatis humanae consolationem. Præterijt usus ciborum, memoria praebentis tibi cibos non prætereat. Induens tunicam, auge in Deum charitatem: pallium tibi obuoluis, gratias age tribuenti, qui per brumam & æstatem necessaria nobis operimenta parat, uitamque nobis cōseruat, simulque omnem auferit fooditatem. Desinit dies, gratias

gratias ei habe , qui solem nobis
tribuit operum diurnorum mis
nistrum. Ignem quoq; & lunam
per noctem & multa alia uitæ
necessaria abunde suppeditat .
Nox uero adueniens alias tibi
meditationes orationis ministra
bit. Quando in cœlum respexes
ris, quando astrorum pulchritu
dines cōtemplaberis , uisibilium
Domino gratias habe , Deum
omnium cōditorem & artificem
adora , qui in sapientia cuncta
creauit. Quando item uideris o
mnium animalium naturam so
mno occupatam , rursus adora,
qui nos per somnum à laboribus
continuis soluit , & ex parua re
quie rursus ad agendi uirtutem

I reducit

DICTORVM ECCL E

reducit. Nox igitur nō sit quem
admodum sors quædam pro/
pria & electa, tota somno dedi/
ta. Neque committas, ut per so/
mni insensibilitatē uitæ tibi me/
dium sit inutile, sed noctis didus/
cas tempus in somnum & ora/
tionem. Basil. Quid retribuam
Domino pro omnibus quæ re/
tribuit mihi. Quę autem tribue/
rit, uideamus. Ex nihilo me pri/
mum in lucem produxit, ratio/
neq; & oratione ornauit, tot ar/
tes uitam iuuantes dedit, cibos
ex terra nobis produxit, peco/
rum animaliumq; ministeria de/
dit, propter nos imbres, nostri
gratia sol, luna. In terris uero/
montana, campestriaq; ornans/
tur, per

tur, per quæ ad montium uertices
euadimus. Nostri gratia fluunt
amnes, scaturiunt fontes, mare
ad mercaturam nauigatur. Præ
terea extant metaliorum gratia
diuitiæ, tot ubique amœnitates
ob ingentem in nos Dei nostri
beneficentiam, uniuersa hæc no
bis creatione subministratæ. Sed
quid hæc parua dicere opus? No
stri gratia, Deus homo & uer
bum caro factum, nostrumq; ta
bernaculum accepit. Erga capti
uos beneficus et liberator. In eos
qui sedent in tenebris & umbra
mortis sol iustitiæ: in morte, uis
ta: in inferno, lux: in mortuis, re
surrectio, spiritus adoptionis,
gratiarum distributio, coronas

Iij rum

DICTORVM ECCLE-

rum promissio, & alia perquam
multa, quæ enumerare facile nō
sit: quibus deniq; omnibus uox
illa Prophetæ quadrare uidetur:
Quid retribuam Domino , pro
omnibus quæ retribuit mihi: Et
rursus, hæc nō dicitur , tribuisse,
sed retribuisse: munificus & in
dando maximus, Non ut ab ini-
tio gratiam tribuens, sed ut red-
dens gratis hominibus, Gratitu-
dinem enim accipientium gratiā
loco beneficij commemorat at-
que computat, qui & opes dans
abs te per manus pauperum ele-
mosynam petit, & quanquā sua
ipsius accipit , gratias nihilomi-
nis tibi, ut de re tua, uult redde-
re, Quid igitur retribuemus Do-
mino

mino pro omnib. quæ retribuit nobis. Basilius. Diuersa nobis Musica longè melior existit, & ad meliora sequēda nos excitat. David sacrorum canticorū poëta, cythara ex insania Saulem regem liberauit. Dicitur & Pythagoras in ebrios olim incidēs, iussisse tibicinem conuiuio luxurioso præsidentem, mutare harmoniam, ac Dorion canere. Atque hoc modo melodiae, illos ad sobrietatem reduxisse, qui electis de capite coronis, omnes sanè erubuerunt. Basilius. Hæc est martyrum uera laus, alios ad eorum uirtutem emulandam inuictare. Basilius. Martyres in medium procedentes, sese Christianos esse

Iij nos esse

DICTORVM ECCL.

nos esse confessi sunt. O beatas
linguas, quæ sacrâ illam uocem
emiserût, quam aér quidem ex-
cipiens, sacer est factus: angeli au-
dientes plauferunt, diabolus ues-
ro cum dæmonibus magnam ac-
cepit plagam, Dominus postres-
mò in coelo descriptis. Basilius.
Sic dixit Gordius Martyr, refes-
tate Basil. Nolite flere super me,
sed flete super Dei inimicos, qui
in Christianos cōtinuò grassan-
tur. Ipsos, inquam, flete, qui ignē
nobis parant, si bimeti gehennæ
incendia iramq; in die iræ thesa-
rizant. Meum sollicitare atq; es-
mollire pectus desinite. Ego es-
tim pro nomine Domini Iesu
Christi, mille pericula, mille mor-
tes, si

tes, si opus foret, adire sum para-
tus. Beneficium igitur hoc fra-
tres dilectissimi gratiam hāc mi-
nimē deficientem, ac sine inuidia
ex Deo obtainemus, ut paratum
sit nobis & ecclesiæ per hos mar-
tyres auxilium, exercitum trium-
phantium, chorum laudantium
Deum. Sæpe operam dedistis,
sæpe laborastis, ut unum pro uo-
bis orantem inueniretis: quadra-
ginta sunt hi unam orationis e-
mittentes uocem. Vbi enim sunt
duo uel tres in nomine Domini
congregati, ibi Deus est. Vbi ue-
ro quadraginta fuerint, quis du-
bitet Deum esse presentem? Qui
aliqua premiæ angustia, ad hos
confugiat, qui rursus lætatur,

I iij hos

DICTORVM ECCLE-

hos oret. Hic aut à malis liberes
tur , ille ut duret in rebus lœtis.
Hos mulier orans pro filijs au-
ditur , peregrināti uiro redditum
incolumem, cōgrotanti uero salu-
tem implorat. Cū his ergo mar-
tyribus nostras effundamus pre-
ces . Adolescentes suos coæuos
imitentur . Patres talium esse fi-
liorum parentes exoptent. Ma-
tres exemplum matris optimæ
spectent. Baptismus est capti-
uorum æris alieni remissio , pec-
cati mors , animæ regeneratio,
amictus splendescens , character
in deprehensibilis , Ecclesiæ iter,
regni coelestis conciliatio , ados-
ptionis gratia. Longo tempore
mundo uiximus , reliquum , ut
nobis

nobis ipsis Deo que uiuamus.
Idem Basilius: Multa sanè ad ba-
ptismi uocationem spectant, ut
in aqua & spiritu renati, per poe-
nitentiam cum Deo crucifixi ui-
uamus. Item: Credentem ad-
moneri oportet, ut ab omni pec-
cato abstineat. Basil. Nos igitur
frustra baptismi gratiam re-
cipimus, nisi liberati à diaboli ty-
rannide, ab omni praua animi
cupiditate absistimus. Deinde
non solum mundo & concupis-
centijs eius, sed mutuis commu-
nibusq; ac iustis officijs, deniq;
uitæ propriæ renunciauerimus,
quando eorum aliquid nos à de-
bita, uelociq; in Deum obseruans
tia retraxit. Sic demum Christi

I v discip

DICTORVM ECCLE-

discipuli uocari digni erimus.
Mox paulatim Mosem et Pro-
phetas, præterea Euangelistas &
Apostolos didicerimus: Incar-
nationem postremo Domini
nostrí Iesu Christi eiusq[ue] myste-
riorum omnium præceptiones
probè tenuerimus, profecto in
spe uitæ æternæ coelestisq[ue] res-
gni continuo uersabimur, nos-
bis quandoq[ue], et Ihs qui diligunt
aduentum eius, gratia Dei ac
Domini nostri Iesu Christi no-
bis prouenturi. In primis oc-
casio maxima est mortalibus ad
illecebras curasq[ue] seculares, ac
ad multas & anxias cogitatio-
nes quasi seminarium matrimo-
nium est. Basilius. Si Martham
cupis, ministra pauperibus, ho-
spites

spites excipe, redime captiuos,
uiduas ac pupillos suscipe. Talis
bus enim hostiis promeremur
Christum. Si uero Mariam, uer
bis Dominicis uaca, lectione,
meditatione, scriptione, oratio
ne animum pasce, quibus te an
te omnes, deinde cæteros ædifi
care possis. Idem : Scriptura,
ieiuniū, oratio, præsentanea re
media, ne ab animi proposito,
ullis inimicorū illusionibus aut
inanib. phantasmatis alieni red
damur. Basilius. Idem: Postea
quam præcepta piè conuersan
di tradidisset, subiicit: Sic & Pa
tres nostri, ac proceres Christia
ni fecere, sic Apostoli & innu
merabiles Episcopi, Eremitæ
quocq; & idiotæ nonnulli, &c.

Neb

DICTORVM ECCLE-

Ne sis turbæ amator, Non di-
uersa obibis loca, seu ciuitates ui-
sere cupidus, sed Eremi tantum
amator & cultor. In te ipso tecū
esto, te tantum tuaq; conscientia
contentus. Preces ad Deum &
psalmodia tuum sit ordinarium
opus: lectiones ne despice, noui
præsertim Testamenti. Basilius.

Statim incipiente die, à diui-
nis precibus exordiri, Deumq;
orare oportet, hymnis quoq; ac
canticis omnium cōditorem lau-
dare; deinde cum sol effulserit al-
tius, ad opera cōuerti, precibus
tamen ad Deum & hymnis con-
tinuo comitantibus, quæ opera
ac negocia tanquā sal cibos con-
diant. Basilius. Maxima autē
uia ad

via ad officij observationem, est
sacræ scripturæ meditatio: in hac
enim hypothecæ & precepta uis-
uendi traduntur, & beatorum
uirorum uitæ ac exempla con-
scripta reperiuntur, quæ tanquam
imagines quædam uiuæ ad imi-
tationem bonorum operum no-
bis proponuntur. Basil. Idem:
Preces rursus ac supplicationes
ad Deum lectionibus succeden-
tes uiridiorem uegetioremq; as-
nimam, & ob defyderium Dei
ardentiores reddunt. Idem:
Preces ante cibum ad Deum Pa-
rochum seu prebitorem pro ihs,
quæ tunc tribuit, & in futurum
subministrabit. Aliæ item pre-
ces post cibum, quæ gratias red-
dant,

DICTORVM ECCL.

dant, faciendæ. Totius autem temporis diei ac noctis, una tantum hora cibo dicata sit. Reliquas mentis & spiritus actionibus impendere, Asceten & eum qui Deo seruit, oportet. Basil. Orationis tempus uita sit tota. Psalmo, diæ uero ac flectendi genua continuatio quibusdam interuallis compescatur ac quiescat. Horæ à sanctis uiris precibus ad Deum ac laudib. dicatæ sequendæ sunt. Ait enim magnus David: Mea nocte surgebam ad confitendum nomini tuo super iudicia iustitiae tuæ. Rursus ait: Vespere & mane & meridie. Sed & sancti spiritus præsentiam tertia refert hora, quemadmodum in assertibus

Etibus didicimus, quum admis-
rantibus linguarum uarietatem
Pharisæis, Petrus ait: Non enim
ebrij sunt hi, sicuti putatis, cum
hora sit diei tertia. Nona uero
crucis Dominicæ memoriam te-
statur. Quū ipse Dauid: Septies,
ait, laudaui te. Restat ergo alia
hora, quę hora orationis hebdo-
mada impleat: hæc meridiana
fuerit, cæteras diuidens, ante ci-
bum obeūda, ut omnino septies
laudandi Deum periodus absol-
uatur, Basilius. Si contrarium
aliquid mādatis Christi, uel qđ
illa corrūpere uideatur, aut cōta-
minare, iubemur ab aliquo face-
re, tēpus est nos dicere: Obtem-
perare Deo magis oportet, qđ
homis

DICTORVM ECCLES

hominibus. Basil. Nunquam tempus est risus fidelis animæ, & maximè quum tam plurimi sint, qui per prævaricationem legis Deum dehonestèt, & in peccatis suis moriantur, pro quibus utiqz tristari atqz lugere indefis nenter conuenit. Hæc sanè Basilius Magnus.

S. HILARIUS EPISCO-
pus Pictaviensis,

COptimus lector est, qui dictorum intelligentiam expectet ex dictis potius, quam imponat, & retulerit magis, quam attulerit: neque cogat id uideri dictis contineri, quod ante lectionem præsumperit intelligendum. Hæretici pias Ecclesiæ prædicationes

tiones uel amēto professionis im
piæ furati sunt. Idem Hilarius:
Lis eorū nostra fides est. Idem:
De intelligentia hæresis, non de
Scriptura est. Spiritus S. expe
tendus est, promerendus est, &
deinceps præceptorum fide at
que obseruatione retinēdus. Hi
larius. Ex uerbis sensum sequas
mur, & ex sensu rationem intel
ligamus, & ex ratione ueritatem
apprehendamus. Hilar. Hoc
impudētiæ est hæretici, ut quōd
errat, prudentiam uelit existimā
ri: & quōd cum multis errat, in
telligentiam esse afferat ueritatis,
dum minus erroris esse existima
tur in multis. Hilarius. Idem:
Ingerunt nobis primū nomis

K. na ues

DICTORVM ECCLÆ.

na ueritatis, ut uirus falsitatis intrœat. Hilarius. Hoc Ecclesiæ propriū est, ut tum uincat, quū læditur, tum intelligatur, quum arguitur, tum obtineat, quum deferitur. Idem: Hæretici omnes contra Ecclesiam ueniunt, &c. Idem: Inter hæc Ecclesiæ fides Euangelicis atq; Apostolicis fundata doctrinis, &c. Hilarius. Non sufficit nobis docuisse, quæ pia sunt, nisi piissima ea esse per id intelligentur, dum quæ impia sunt, refelluntur. Executiat nunc ingenij sui aculeos omnis hæreticorum schola, &c.

Item: Extendite nunc uibras sibilis linguas hæretici serpentes, &c. Hilar. Hoc (puta Catholicum

tholicum fidei dogma) Ecclesia
intelligit, hoc Synagoga non cre-
dit, hoc Philosophia non sapit,
Mox : Philosophiae præda est,
quisquis Christum uerū Deum
nescit. Hilar. Dictorum intel-
ligentia, aut ex prepositis, aut ex
consequentibus expectetur.

Idem : Apostolicam fidem ho-
mo seculi non capit. Idem: No-
bis natus est, nobis passus est,
nobis mortuus est, nobis resur-
rexit. Idem: Hunc Apostolo-
rum & Martyrū sepulchra per-
uirtutum operationes loquun-
tur, hunc potestas nominis sui
probat, hunc immundi spiritus
profitentur, hunc punitorū dæ-
monum resonant mugitus. Hila-
rius Episc. K ij Contra

DICTORVM ECCLES

Contra principem defensorem
heres eos sic tonat Hilarius; Pro-
clamo tibi N. quod Neroni lo-
cuturus fuisset, quod ex me De-
cius & Maximianus audirent.
Contra Deum pugnas, contra
Ecclesiam sœuis, sanctos perse-
queris, prædicatores Christi o-
dis, religionem tollis, tyrannus
non iam humanorum, sed diui-
nouum. Mox: Christianum te
metiris, Christi nouus hostis es,
Antichristum præuenis, &c.
Idem contra eundem: Sine mar-
tyrio persequeris. Plus crudelita-
ti uestræ Nero, Deci, Maximia-
ne debemus. Diabolū enim per
uos uicimus, sanctus ubiqꝫ bea-
torum martyrum sanguis exce-
ptus

ptus est. Dum in his dæmones
mugiunt, dum ægritudines de-
pelluntur, dum admirationum
opera cernuntur, eleuari sine la-
queis corpora, & suspensis pede-
fœminis uestes non defluere in
faciem, uri sine ignibus spiritus,
confiteri sine interrogantibus incre-
mento fidei. At tu omnium cru-
delitatum crudelissime, damno
maiore in nos & uenia minore
desæuis. Subrepis nomine blan-
dientis, occidis specie religionis.
Impietatem peragis, Christi fidē
Christi mendax prædictator ex-
tinguis. Ecce morem heretici,
Per recti speciem, inquit Hila-
rius, praua confirmat, & per ra-
tionis nomen, insana constituit.

K iij Nolo

DICTORVM ECCLE-

Nolo (inquit hæreticus) uerba,
quæ non scripta sunt, dici. Mox
contra eundem Hilarius: Vetas
non scripta dici, & ipse non scri-
ptis tamen uteris, necq; quæ sunt
scripta loqueris, &c. Nostrates
etiam hæretici ad sacras tantum
scripturas prouocat, quib. tamē
deprauatis in nos utūtur, nec re-
cipiunt orthodoxè intellectas.

Clamat Hilarius: Catholicus
sum, Nolo esse hæreticus, Chris-
tianus sum, nō Arianus: Et me-
lius est mihi in hoc seculo mori,
quam alicuius priuati potentia
dominante, castam ueritatis uir-
ginitatem corrumpere. Mox:
Hæretici non cessant ore impio
& sacrilego animo Euangeliorū
synces

synceritatem corrumpere, & restitam Apostolorū regulam despauare. De iisdem Hilarius: Cogunt, nempe non ut Christiani omnes sint, sed ut Ariani, & confessam in Deo fidem ad consortiū piaculi sui sceleris compellunt. Tuttissimū nobis est, primam & solam Euangelicam fidem, confessam in baptisme intellectamq; retinere. Hilarius.

Facta nunc est fides temporū potius quam Euangeliorū, dum & secundum annos scribitur, & secundum confessionem baptisi mi non tenetur. Periculum nobis admodum atq; etiam miserrabile est, tot nunc fides existere, quot uoluntates: & tot doctrinæ

K iij nas,

DICTORVM ECCLÆ

nas, quot mores, &c. Hilarius.
Memento neminem hæretico-
rum esse, qui se nunc non secun-
dum scripturas prædicare ea quis-
bus blasphemat, mentiatur.
Mox : Scripturæ non in legen-
do, sed in intelligendo sunt: neq;
in prævaricatione sunt, sed in cha-
ritate. Idem Hilarius dicit hæ-
reticas Ecclesias exilijs & carce-
ribus terrere, crediq; sibi coges-
re, &c. Malè intelligitur Ho-
mision, quid ad me bene intelli-
gentem? Hilarius. Non ego au-
dio : Christus ex Maria natus
est, nisi & audiam : In principio
erat uerbum, & Deus erat uer-
bum. Non audiam Christus esu-
riuit, nisi post quadraginta dies
rum

rum iejunium audiam: Non in
pane solo uiuit homo. Non au-
diam sitiuit, nisi audiam: Qui bi-
berit de aqua, quam ego dedero
ei, non sitiet in æternum. Non
audiam: Christus passus est, nisi
audiam: Nunc est hora ut filius
hominis clarificetur. Non au-
diam: Mortuus est, nisi audiam:
Resurrexit. Nihil à Iudeis scis-
entiæ cognitionisq; petere per-
mittimur, sed in Christo salutem
omnem & spem locantes, admo-
nemur prioris uitæ abstinere. Hi-
larius Dignitas originis, in op-
erum cōsistit exemplis, & pro-
sapiæ gloria fidei imitatione re-
tinetur. Idem Hilarius: Præ-
mium futuri atq; honos, præsen-
tis uite

DICTORVM ECCLE-

tis uitæ operibus est merendus.

Item: Misericordibus misericordiæ munera preparat. Mox: Misericordiam suam Deus solis misericordibus est præstaturus.

Idem: Charitas plurimum peccatorum tegit, & errorum nostrorum ambitiosa ad Deum prætrona est, &c. Hæc rectè perfecte cœuiuentium merces est, ut in nouam cœlestem cœlum substantiam ex hac corruptibilis corporis materia transferantur. Hilar.

Optimum est exemplo potius docere, quam dictis. Hilarius. Quid enim meriti est, Domino dicere: Domine! Nunquid Dominus non erit, nisi fuerit dictus à nobis? Et quæ officij sanctitas est, nos

est nominis nūcupatio, cum coe-
lestis regni iter obedientia po-
tius uoluntatis Dei, non nuncu-
patio repertura sit. Idem Hilas-
rius: Dominus nos uoluit & ef-
ficere, quæ iussit, & credere, quæ
spopondit. Item: Salus Gen-
tium omnis ex fide est, & in pre-
ceptis Domini uita est uniuerso-
rum. Hilarius. Propositis pe-
riculorum omniū motibus Chri-
sti nauem, id est, Ecclesiam in-
stroimus, scientes nos mari uen-
toq; iactandos. Hilarius. Non
duas tunicas: sufficit enim nobis
semel Christus indutus, néue per
prauitatem intelligentię nostrāe,
altera deinceps uel haereseos, uel
legis (Mosaice) ueste induamur.
Hilarius.

Vos

DICTORVM ECCLE-

Voluntas unicuiqz sua adias-
cet. Idem Hilarius: Facientes
uim regno cœlorū, ipsum illud
fidei iustificatione diripiunt.

Mox: Sapientiæ opus, fides, cha-
ritas, spes, pudicitia, ieconiū, con-
tinētia, humilitas, humanitas, &c.

Onus leue sic describit: Sceles-
re abstinere, bonū uelle, malum
nolle, amare omnes, odiſſe nul-
lum, æterna consequi, præsentis
bus non capi, nolle inferre alter-
ri, quod ipsi sibi perpeti sit mo-
lestum. Hilarius. Fabri filius
Iesus, ferrum igne uincens, om-
nem seculi uirtutē iudicio deco-
quentis, massamz formantis in
omne opus utilitatis humanæ, &c.
Spiritus septiforme, ut per Es-
saiam

si iam tradit, munus est. ¶ Christus cum angelis aderit, reddens singulis ut merebūtur. Ramus ficus Antichristus esse intelligetur, Zabuli filius, peccati portio, legis assertor. Hilarius.

Duo sunt in lecto, eandem passionis Dominicæ requiem praedicantes, circa quam & haereticorum & Catholicorum eadem atq; una confessio est. Hilarius.

Idem: Vigilare nos propter aduentum furis admonuit, & orationum assiduitate detentos, omnibus preceptorum suorum operibus inhærere. Lampades animarum splendentium lumen est, quæ sacramento baptismi splendoruerunt. Oleum boni operis est fructus.

DICTORVM ECCLE^SA

fructus. Idem: Alienis operis
bus ac meritis nemo adiuuādus,
quia unicuique lampadi suæ eme-
re oleum est necesse. Hilarius.

Peregrinationis tempus, pœni-
tentiæ spacium est, quo in coe-
lis à dextris Dei assidens, potes-
statem uniuerso generi humano
fidei atque operationis Euangeli-
æ permisit, &c. Vnguentum
boni operis est fructus. Hilar.

Præstat Dominus sapientiæ his,
qui per meritum operum, gra-
tiam intelligentiæ cōsequuntur.

Idem Hilarius: Perfectam bea-
titudinem solum uelle non ob-
tinet, nisi uoluntatem sequatur
operatio. In Ecclesia quidem
manentes, sed Ecclesiæ discipli-
nam

nam nō tenētes, ut auari, ebriosi, tumultuosī, procaces, superbi, simulatores, mendaces, rapaces. Et ad hæc quidem uitia nos naturæ nostræ propellit instinctus &c. Hilarius. Sine intermissione oremus, cum per opera Deo placita, & in gloriam eius semper exercitia, sancti cuiusque uiri uita omnis oratio sit, Hilarius.

Plures Dei metus in Ecclesia continet, sed eosdem tamen ad secularia uicia seculi blandimenta sollicitant. Orant, quia timent: peccant, quia uolunt: Christianos seneuncupant, quia bona spes est æternitatis: Gentilia agunt, quia blanda præsentia sunt. Hilarius.

Vtetur quis planè auro suo
in mors.

DICTORVM ECCLES

in morte , si eo recte utitur in uita ; si esuriētem pane suo aluerit , si nudum ueste sua texerit , aut excessum sumptu suo refouerit , aut captiuū libertati suæ redemerit . Hæ sunt planè ambitiosæ apud Deum humani thesauri legationes , hæc potentia deprecandorum criminū , & uera suffragia . Sic auro demutamur , ut ex terris coelestes , & ex mortalibus simus æterni . Hæc infidelis ille populous (Iudæos sentit) non cogitans , & Dei mandata contemnens , putans quod se per legem , quem futurorum honorū umbra est , esse diuitem , &c. Hilarius .

Non ipsa illa iustitiae opera sufficient ad perfectæ beatitudinis

meritis

meritum, nisi misericordia Dei
etiam in hac iustitiæ uoluntate,
&c. Mox: Quamuis probabi-
lis per iustitiæ operationem uita
iustorum sit, tamen per miseri-
cordiam Dei plus meriti conser-
uetur. Hilarius. Impij nolunt
credere, quod negare non pos-
sunt. Hilarius. Item: Aliud est
nolle, aliud nō posse. Ex Deo
magis quam in contumeliā Dei,
hominibus est placēdum, ut per
diuina instituta, & probitatē si-
delis uitæ innocētisqp placeatur.
Ceterum placere tantum homi-
nibus uelle, Deo est displicere.
Hilarius. Despiciuntur oratio-
nes leues, diffidentes, inutiles, se-
culi curis anxiæ, & rerum corpo-
ralium desiderijs implicatae, bo-

L norum

DICTORVM ECCLE-

norum operū fructib. infœcun-
dæ. Dñ gentiū muti, ad impos-
itionem manuum nostrarū pœ-
næ suæ uocibus ingemiscentes.
Hilarius. Progressus Ecclesiæ
in matutinum & uespertinorū
hymnorum delectationes, maxi-
mum misericordiæ Dei signum
est. Dies in orationibus Dei ins-
choatur, dies hymnis Dei claus-
ditur. Hilarius. Audiat orans
tis populi consistens quis extra
Ecclesiam uocē, spectet celebres
hymnorum sonitus, & inter di-
uinorum quoq; sacramētorum
officia responsionē deuotæ con-
fessionis accipiat, necesse est ter-
reri omnem aduersantem, & bel-
lari aduersus diabolum uincitq;
resurrectionis fide mortem tali-
exul;

exultantis uocis nostræ (ut dis
ctum est) iubilo. Hilarius. Alij
martyres in uinculis carcerū glo
riantur, alij cæsi in uerberib. gra
tulantur, alij potestati irreligio
orum defecanda fœlicium capi
tum colla submittunt, plures in
extructos rogos currunt, & tres
pidantibus poenæ ministris, igne
saltu deuotæ festinationis insis
tiunt: alij in profundum demers
gendi nō in aquas necaturas, sed
in refrigerium æternæ beatitudi
nis decidunt, toto ipso se corpo
re Deo hostiam tanquam holos
causta præbentes. Haec tenus D.
Hilarij dicta.

GREGORIVS NAZIANZEN.

CIn martyrum honorem præ
sens Panegyris peragitur, in qua
Lij celeſ

DICTORVM ECCLE-

celebrantur uulnera, & uincula,
& tormenta, & ignis minæ, gla-
diorum acies, & bestiarum fero-
citas, & tenebræ, & inediæ, &
barathra, & pecuniarum direc-
ptiones, & membrorum amissi-
ones, & tandem mortes ipsæ,
quæ omnia illi alacriter sustinue-
runt, tanquam in alijs decerta-
rent corporibus, quo aliquid fie-
rent, & hæreditatem quædam
assequeretur. Nonne igitur cum
spe eadem, pro brauio tanto, &
sub agonothere tali, contra euns-
dem decertare deberemus tyran-
num. Presens tempus est ope-
rationis, futurum uero retribu-
tionis. Excitemini igitur. Idem:
Nihil adeò paruum est, si Deo
fuerit oblatum, licet sit minimū,
licet

licet paruo precio dignum, cui omnino aditus denegetur, aut quod non suscipiat misericors ille, qui cuncta iusta nouit expensare statera. Suscipit plantationem Pauli, tanquam Pauli, & Apollo irrigationem, & uiduæ assulos duos, & humilitatem Publicani, & Manasse confessionem. Nazianz. Omnia ad Deum, hymni, preces, uigiliæ, lachrymæ, opes incomprehensibiles, mori mundo, uiuere Christo, carnem exinanire, animam abstrahere à corpore, &c. Greg. Nazianz. Scimus Deo acceptum esse, quicquid fit pro uiribus. Et hæc quidem præstitimus: alia autem præstabilis, ac singulis annis nos, qui superstites sumus, honores

L in hos ins

DICTORVM ECCLE-
hos instaurabimus, ac defuncto
rum renouabimus memoriam.
Gre. Nazianz. Idem orat pro
defuncto fratre Cæsario: O Do-
mine omnium, et factor, qui lon-
gè distas ab hac factura: o homi-
num tuorum Deus, & pater &
gubernator: o uitæ & mortis
Domine: o animarum nostrarū
custos & benefactor, &c. Nunc
quidem Cæsarium suscipe, pere-
grinationis nostræ primitias, etc.

Mox: Suscipe & nos postea
in tempore oportuno, &c.
Multa quidem & alia extant in-
dicia, ueluti pauperum sustenta-
tio, hospitum exceptio, animæ
per temperantiam purgatio, fa-
cultatum portio Deo consecra-
ta, &c. Nazianz. Nihil honos-
rabile

rabile censeo, quod non perdu^s
cit ad uirtutem, neq^z meliores fa
cit eos, qui illi student. Idem
Nazianz. describens passionem
Catholicorum temporibus hæ
reticorū, sic ait: Splendidiss. con
tra nos extitere certamina: exilia
uoco, fugas, bonorum publica^s
tiones, infidias tam manifestas
quam occultas. Tempus persuas
dendi nō erat, sed ui cuncta ages
bantur. Quum persuasio locum
non haberet, quidam pellebant
tur ab ecclesiis, quicunq^z rectam
ac nostram sequebantur fidem.
Alij autem qui regiam (Valen
tis) sequebātur perditionem, in
troducebantur. Nonnulli impie
tatis exigebant subscriptiones,
alij uero his atrociora etiam scri
bant.

L iij bebant.

DICTORVM ECCL^E

bebant. Presbyteri exurebatur,
duces uero impij nequaquam Persas superabant, non Scythes subi-
gebant, non genus aliud barbaricum persequebantur, sed contra ecclesias militabant, ac inter altaria saltabant, sacrificiaque ins-
cruenta, hominum & sacrificiorum sanguine cruentabant, ac uirginum pudorem uiolabant,
&c. Hæc Gregorius Nazianz.
C Verba Basili ad Satrapam hæ-
reticum: In alijs modesti sumus,
et omnibus reliquis humiliores;
ubi uero Dei negocium periclitatur,
cunctis alijs contemptis,
ad illum solam respicimus. Gla-
dij, bestiæ, ungulæ carnes disse-
cantes potius delitiæ nobis sunt,
quam tormenta; Ideo iniuria af-
fice,

fice, minare, & omnia, quæ uo-
lueris, perage, ac potestate frue-
re. Sed & rex audiat, Nunquam
adiges aut efficies, ut astipule-
mur impietati,

NAZIANZ.

TQuum martyrum laudes re-
lego, corpus contemno, & cum
laudatis uersor, atq; ad certamē
excitor. Nunc in cœlis degit
(Basilius) ibi q; pro nobis, ut ar-
bitror, sacrificia offert, ac pro
populo orat. Licet enim relique-
rit, non tamen omnino reliquit.

Eiusdē ad Basil. apostrophe:
Ex alto nos respice, & carnis sti-
mulum, instructionem nostram
à Deo nobis datā, aut siste tuis
precibus, aut fortiter me perfere
re persuade, &c. Idem Nazianz.

L v anz.

DICTORVM ECCLÆ

anz. de sorore Gorgonia testatur de eius psalmodia, eloquiorum diuinorum colloquijs, genuum attritorum inflexione, & pauimenti instar induratorum, & lachrymis, &c. Mox exclamat: O noctes insomnes, Psalmodiæ & Stationes, &c. Mox: O clamor nocturnus, nubes etiam pertransiens, & ad cœlum usq; perueniens, o feruor spiritus, idem audens quod canes nocturni, propter desyderium orationis, &c. Idem Nazianz, de religiosis monachorū operibus sic: Vigiliæ, iejunia, orationes, lachrymæ, genarum calli, pectoris percussio, suspiria ex profundo cordis emissæ, statio nocturna, mentis ad Deum eleuatio, teneri luctus

Iuctus atq; indeficiēs, remedium
cōpunctionis, cantantes illi, glo-
rificantes, meditātes legem Do-
mini die ac nocte, &c. Idē Na-
zianz, de patre defuncto, qui E-
piscopus fuerat, loquitur: Ut es-
go mihi persuadeo, nunc magis
proficit precib. quām antea do-
ctrina. Quanto enim Deo est
propinquior, postquam uincu-
la depositū corporalia, &c.

Idem de uxore huius Episcopī:
Carnes suas ieunij & uigilijs
macerauit, psalmodia tam no-
cturna quām diurna se exercuit,
uirginitatem dilexit, tametsi uine-
clis esset ligata cōiugalibus. Na-
zianzenus. Pulchra est hospi-
talitas, cuius inter iustos testis est
Loth Sodomites, sed non So-
domis

DICTORVM ECCL^E

domites moribus: inter peccato
res autem Rhaab meretrix, sed
non meretrix professione, quæ
propter hospitalitatis amorem
laudata est & saluata. Nazianz.

Ne mihi accidat, ut dum illi
(pauperes Christi) egēt, ego uel
ditescam, uel rectè ualeam, nec
illorum succurram uulneribus;
non alimēta habeam necessaria,
non tegmina, nō sub tecto quies-
scam, nisi panem porrígam, nisi
pro facultatibus meis uestimenta
impartiar, nisi in domo excipiam:
omnia enim Christo repo-
nenda sunt, quo sublata cruce, ri-
cè illum sequamur, ac leues & ex-
pediti ad mundum subuolemus
supernum, à re nulla detracti, &
pro omnibus lucremur Chris-
tum,

stum, propter humilitatem exaltati, & propter paupertatem loscupletati, aut ideo facultates nostræ cum Christo sunt diuidendæ, ut possidere, tanquam per bene possidere sanctificetur, & non habentibus sit cōmune. Nazianzenus. Obediamus igitur uerbo, quæramus requiem quæ illic est, abiçiamus facultatē quæ hîc est: quod bonum in illis est, hoc solū lucremur, possideamus animas nostras in eleemosynis, impertiamur pauperibus ex bonis nostris quæ hîc possidemus, ut ditemur illis quæ illic sunt: da partem & animæ, ac non carni solum: da partem & Deo, ac nō solum mundo. Aufer aliquid à carne, idquia sanctifica spiritui: raspe alio

DICTORVM ECCL^E

pe aliquid de igne , & longe res
moue à fiamma depascente : ras
pe à tyranno , & concrede Do-
mino. Da partem septenario ui-
ta huius , sed & octonario uitæ
quæ nos post hanc excipiet : da
parum illi , à quo plura habes:
da omnia ei , qui tibi omnia gra-
tificatur. Nazianzenus. Ille ob
maximam misericordiā suam sus-
per omnia dedit legem, prophes-
tas , & ante illos legem natura-
lem, rerum agēdarum citra Scri-
pturam indagatricē : redarguit,
instruxit , demum seipsum pro
mundi uita redemptionem des-
dit, Apostolos donauit , Evan-
gelistas, pastores, doctores, sena-
tiones , miracula , regressionem
ad uitam, mortis dissolutionem,

tro,

tropheū ex deuicta. Testamen^m
tum , unum in umbra, aliud uero
in ueritate , spiritus sancti di-
uisiones, noue salutis mysterium
illud. Tu autem, si maiora etiam
præstare potes , si & ea quibus
anima beneficio afficitur: nam et
his quoq; te Deus, si uolueris, di-
tauit, necq; in ijs benefacere cesses
indigenti, seu potius cum primis
& maxime peteti te tribue, prius
etiaq; petatur , tota die cōputan-
do miseresce, & foenera, strenue-
que sorte cum usura & augmen-
to exige debito , ac semper capi-
tali ascribe , quo paulatim in te
ipso pietatis augeas semina , sin-
minus , saltē secundare, ac mi-
nora, & quæ tuæ potestatis exis-
tunt, præbe , opitulare , cibum
porris

DICTORVM ECCLÆ

porrige, indumentum uel uile,
pharmacum affer, uulnera collis-
ga, interroga pauperem aliquan-
tisper de calamitate sua, de tole-
rantia dissere, confide, accede, nil
tibi deterius propterea accidet,
nequaquam eodem morbo cor-
ripieris. Nanzianzenus. Elces
mosynis & fide purgantur pec-
cata. Misericordia itaq; purges-
mur. Pulchra hac herba abster-
gamus animæ sordes, ut dealbes-
mur: hi quidem uelut lana, alijs
autem tanquam nix, quisq; iux-
ta misericordię suę modum. Na-
zianzenus. Si igitur mihi ob-
temperabitis serui Christi, & fra-
tres, ac cohæredes, dum adhuc
tempus est, Christum uisitemus,
Christum alamus, Christum ue-
stiamus,

stiamus, Christum colligamus,
Christum honoremus, nō mens
sa solum, quemadmodum non
nulli facere solent, non unguen
tis, sicut Maria, non sepulchro
solum instar Iosephi Arimathæi,
nec alijs funebribus, ut Nicode
mus, qui ex dimidia parte Chris
tum diligebat: nec auro, thu
re, & myrrha, ueluti præ iam e
numeratis magi. Sed postquam
omnium Dominus misericordia
am uult, & non sacrificium, &
super multos agnos pingues cō
miserationem, hanc illi per ege
nos & in terram hodie proie
ctos offeramus, ut quum hinc
migrauerimus, in æternā nos ta
bernacula suscipiat, in ipso Chris
to Domino nostro, cui sit glo

Maria in

DICTORVM ECCLE-
ria in secula. Amen. Greg. Naz.

Vita Athanasii & mores de-
finitio erant Episcopæ (seu Epis-
copatus) dogmata uero rectæ
opinionis norma. Idem: Atha-
nasium nominare, uirtutem ips-
sam est laudare. Idem recenset
diui istius iejunia, orationes, uigi-
lias, psalmodias, &c. Marty-
rum oblector honoribus ac cer-
tantiū exulto sanguine. Idem:
Recte facta mihi domestica fas-
cio. Idem ubiq; mentionem fa-
cit chameunig, seu humicubatio-
nis, &c. Licet ad dicēdum sim
paratus, longè tamen paratior
sum dicentes audire. Nazianz.
Ordo in Ecclesiis ita statuit, ut
alij sint oues, alijs uero pastores,
ita ut hi imperent, illi uero obe-
diant,

diant, sitq; hoc tanquam caput,
illud pedes, &c. Idem: Magnū
quid est docere, uerum discere,
periculo caret. Cur te ipsum fa-
cis pastorem, cum sis ouis? cur ca-
put esse cōtendis, cū pes existas?

Heresis immritis flamma, à par-
ua suscitata scintilla, per magnā
orbis partē cucurrit, &c. Idem
de malis, quæ ex hæresi eueniūt:
Sacrosancta contaminatis pedis-
bus conculcata, Altaria figuris
& cantibus. Et ut audio (quur
hoc audax lingua profert) saltas-
tiones super illis, & Ecclesiæ re-
sonantias crepitaculis uiolatas,
linguas blasphemas super sacris
thronis concionantes, mysteria
in comedias conuersa, psalmo-
dias tacentes, & pro illis ulula-

M ñ tus cxv

DICTORVM ECCL

tus excitatos, sanguinis riuos, la
chrymarū fontes, sacerdotes dus
tos, monachos dilaceratos, et c.
Nazianz. Idem mox descri-
bit antitheses hæretici & catho-
lici doctoris, declarant hæc tem-
pora, omnia conuenire. Post
hæc ita scribit: Habeant illi ædes,
nos eum, qui in ædibus est: ha-
beant templa, nos Deum, ut cę
templum uiuum fiamus Dei ui-
ui, sacrificia animata, holocausta
rationabilia, uictimæ perfectæ
Dei propter Trinitatis adora-
tionem: habeat illi populos, nos
angelos: illi audaciā, nos fidem:
illi minas, nos precationes: illi
uerbera, nos tolerantiam: illi au-
rum & argentum, nos uerbum
purum. Nazianz. Inuidia A,
postamat

postatam tyrannum (sentit Ius
lianum) contra nos excitauit, cu
ius adhuc relicti sunt carbones,
licet flammarum euaserimus. Inui
dia pulchrū Ecclesiæ corpus dis
secuit, ac in diuersa & contraria
studia diuisit. Inuidia nobis Hie
roboam reduxit, seruum pecca
ti, &c. Gregor. Nazianz. Bos
num est nos existimare, non ob
uerba solum & opera, sed & os
mnis temporis & horę ipsius mi
nimæ ac breuissimæ momenta
rationem nobis reddendam es
se. Nazianz. Multa adhuc de
sunt, etiam si multa patiamur, ace
tum, fel, corona spinea, sceptrū
ex calamo, chlamys coccinea,
crux, clavi, &c. Nazianz. Bos
na tibi erunt auxilia, ad ea quæ
M in desis,

DICTORVM ECCL^E

desideras consequenda, uigiliæ,
ieiunia, humidormititio, ora-
tiones, lachrymæ, erumnæ, indis-
gentium opitulatio, &c. Greg.
Nazianz. Propter opera bo-
na tibi haud applaude, nec im-
moderatè attolaris, ne subleua-
tus deprimaris, tantum assidue
purgationem operare, &c.

Mox: Et eam quam gratis con-
secutus es remissionē (loquitur
ad recēns baptizatos) per dili-
gentiam cōserua. Idem Theo-
logus: Lauacrum eorū qui pec-
cauerunt, non qui peccant, remis-
sionem cōtinet. Statio, in quam
post baptismā, ante magnum al-
tare constitueris, uenturæ glo-
riæ est præludiū. Psalmodia, cum
qua suscipieris, laudis uēturæ est
antes

anteambulatrix. Lāpades, quas
accendis, uenturæ est illuminati
onis mysterium, cum qua ob
uiamus spōlo, splendidæ & uir
ginales animæ, splendidis lampa
dibus fidei, nec propter socors
diam dormientes, ne nos, quem
præstolabamur, inopinatè ades
te lateat, necq; absq; cōmeatu &
oleo, & bonis operibus egētes,
ne à sponsi cōsortio excidamus,
&c. Gregor. Naz. Facilius est
prosperitatem elabentem per di
ligentiam reuocare, quam præ
sentem conseruare. Nazianz.

De sacratiss. eucharistia idem ad
uersus Iulianum sic ait; Incruenti
sacrificij oblatione manus cōma
culat, per quod nos Christo uni
mūr, necnon passionis ac diuinis

M iiii tatis

DICTORVM ECCLE-

tatis eius participes reddimur,
Nazianz. Tempus est regene
rationis, renascamur supernē: tēs
pus reformationis, primū Adā
resumamus; nō quod sumus per
maneamus, sed quod eramus sia
mus. Nazianz. Turpe est sene
scere ætatem, nec tamen senescer
re lasciuiam, sed te ob purgatio
nis cunctationem, aut talia pati,
aut ita uideri. Quod si ubi infans
est, nō surripiat malicia tempus;
ex pueritia sanctificetur, ex uni
guibus spiritui consecetur. Na
zianz. Idem loquēs de sanctis
Christianis: Quorum angelicæ
sunt Psalmodiæ, & perpetua est
statio nocturna, mens'q; excessu
ad Deum erecta, quorum fletus
diluuium peccati est, ac mundi
purga;

purgatio, quorum manuū extensis flammam extinguit, feras demulcet, enses hebetat, acies inclinat. Nazianz. Sanctis magni depositi sunt honores & panegyres, à quibus dēmones expelluntur, infirmiç̄ sanantur, quorum sunt apparitiōes et liberationes, quorum etiā corpora solum, siue tacta, siue uenerata, eadē possunt, quæ & sancte animæ, quosrum sanguinis aspersiones solū et minuta passionis symbola easdem faciūt quæ & corpora. Hęc tu (Iuliane) haud ueneraris, sed dedecore afficis, qui Herculis pyramidam, et Pelopis carnificinam admiraris, &c. imo hodie Nazianzeni plures eiusmodi reperias, qui fabulis poēticis, quam scris.

M v ptis

DICTORVM ECCL E-

ptis Theologicis fidē adhibeant
& animum. Christiani honestissimos mores, decentissimasq
suas obseruant leges, quas nemo
alius, qui nos sequi cupit, imitari
potest. Nazianz. Idem Naz.
describit uoces lapsorum Christianorū, adeoq; Iuliani arte des
ceptorum: Quumq; id esse Chri
stum abnegare docuisset, confes
sum è symposio tanquam insani
ac attoniti exilierunt, zeloq; &
ira excandescentes, ac per forum
discurrentes, clamabant ac dice
bant: Christiani, Christiani ani
mo sumus, audiat omnis homo,
& pr̄ omnibus Deus, cui & ui
uimus, et morituri sumus, nequa
quam tibi mentiti sumus, Chri
ste saluator, haud tuam beatam
abne

abnegauimus cōfessionem: nam
si manus etiam in re aliqua erra-
uit, animus tamen neutiquā con-
sensit. Imperator nobis impo-
suit, cuius auro sumus uulnerati,
emendabimus, impietatem sans-
guine expurgabimus, &c. His
clamoribus quum Imperator Iu-
lianus grauiter indignatus fuiss-
et, ab aperta tamen cæde absti-
nuit, ne martyres faceret, qui iā,
quantum in ipsis esset, martyres
erant: exilio tamen eos damna-
uit, &c. Idem Grego. Nazian-
zenus, dimissione impetrata, &
iam discessurus sic ualedicit, cui
præerat Ecclesiæ: Vale mihi o
cathedra, sublimitas inuidiæ &
periculo obnoxia, Archpresby-
terorum confessus, ac sacerdotū,
uenes

DICTORVM ECCLES
ueneratione & tempore hono-
randus, quātum aliud quod cir-
ca sacrā mensam Deo ministrat,
ac Deo approximāti appropin-
quat. Valete Nazaræorum cho-
ri, Psalmorum cantus resonans-
tes, totius noctis stationes, uirgi-
num purgitas, mulierum decor,
uiduarum & orphanorum tur-
ba, pauperum oculi ad Deum et
nos respicientes. Valete domus
hospitales, & Christi amatores,
ac meæ imbecillitatis suscep-
tores. Valete meorum sermonum
amatores, & cursores, & concur-
sores, necnō calumniatores, ma-
nifesti & occulti. Valete cancelli
ipsi, qui ob sermonum meorum
auditum uehementer urgebami-
ni. Valete Imperator & Imperas-
trix,

trix, & quicquid in regia ministrat & domesticū est, num Imperatori fidum ignoro, Deo autem ut plurimum infidum, manibus plaudite, iubilate: Rhetorem uestrum in altū tollite, mala uobis lingua moueatur, & loquela: nunquid aliquando tacebitis? Pugnabitis enim per manus etiam nigri: nam quod imminet tacebitur. Vale o ciuitas magna & Christi amatrix: testis monium enim præbebo ueritati, etiamsi æmulatio nequaquam sit secundum cognitionem, meliores nos fecit separatio. Accedite ad ueritatem, immutamini uel tarde: honorate Deum plus quam estis consueti, si quidem emen-

DICTORVM ECCLES.

emendatio nequaquam turpitudinem habet, sed mali conseruatio perditionem. Vale ortus & occasus, pro quibus & cum quibus pugnauimus, testes estis, quod pacem uobis reddidi, etiam si pauci meam imitabuntur cessionem: haud enim Deum amittunt, qui throno cedunt, sed supernam habebunt cathedram, quae sublimior est & securior. Super omnia uero, & praet omnibus clama bo, ualete angeli huius Ecclesiae, ac mei aduentus & discessus praefecti, si saltem in manu Dei nostra sunt. Vale mihi o Trinitas, meditatio mea et ornamentum, hisque salua maneas, pariter et eos salua, populum hunc meum: meus enim

enim etiam si frustra dispēsamus:
mīhiq; semper exaltata & aucta
nuntieris, tam uerbo, quam po-
litia. Filioli seruate mīhi deposito-
rum, memores estote lapidatio-
nis. Gratia Domini nostri Iesu
Christi sit cum omnibus uobis.

Hucusq; D. Gregor. Na-

zianzenus. Reliquo-

rum S. Patrum

chorus

alium libellum

nanciscet

tur.

F I N I S.

